XXVI § Porro pœnitẽtia eſt ſecunda poſt naufragium tabula, vtpote eccleſiæ tanq̃ nauiculæ fluctuantis in huius vaſti mundi pelago, vbi nos ceu reptilia ob actualia facinora noſtra naufragium patimur. Siquidem baptiſmus cõtra naufragium peccati originalis eſt prima eiuſdem nauiculæ tabula. Atqui diuinitatis natura eſt pia & clemens, magiſq́ꝫ ad indulgentiam q̃ ad vindictam prona. Non enim vult aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Hæc quidem eſt voluntas dei ſanctificatio noſtra.

Tho.4.diſ. 14.q.1.art.2. q.4. Pe:. de palu. eadem diſ. concl.4 1.Theſſ.4

De pœ. diſ. 1. ſecunda g̃.eo.§.16 et ſ.ca.17.§.16 & ſ.c.19.§.6 ſ.c.21.§.2 & ſ.c.30.§.7

XXVII § Inſuper Auguſtinus docet pœnitẽtiam non ſolum deum timere iudicem, ſed etiam iuſtum diligere, vt non tantum pœnam timeat, ſed & anxietur pro gloria. Ex quibus verbis elicitur, licet homo timeat pœnam, timori tamẽ debet præponere charitatem dei, non ex timore inferni, ſed amore paradiſi, ac ex dolore diuinæ offenſionis. At noſtrates ſtudent conſequi indulgentias non delicti pœnitentia, ſed vrgentis pœnæ afflictione. Deus vero non eſt munerator nominum, ſed aduerbioꝝ: non eñ remunerat opus bonum, niſi ſit bene & charitatiue factum, ad bonũ, ſcilicet finem: vtpote erga deum debet deponi timor ſeruilis, & adhiberi filialis. Sed in tali timore filiali nihilominus iuſtitia dei eſt potius timẽda q̃ miſericordia ſine pœnitentia ſperãda. Rurſus per bonam penitentiam impetramus pœnitẽtiæ fructum, & illud iucundiſſimũ Chriſti verbum quo peccatricẽ

De pœ. diſ. 7. c. nul. Glo. 1. c. ſcriptura de col lu. deteg.

g̃.eod.§.18. in fine g̃.eo.§.15 & ſ.ca.53.§.12 & c.57.§.15.

pœniten-

pœnitentem suauiter est alloquutus, dicens: Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace. Et alibi: Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Ad talem fructuosam pœnitentiam exhortatur nos ecclesia, canens: Emendemus in melius quæ ignoranter peccauimus, ne subito præoccupati die mortis quæramus spacium pœnitentiæ, & inuenire non possimus. Abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

[Margin: Luc. 7 · Iohan. 5.8 · In dñica iuocauit. Ro. 13 · ʃ.c.18. §.5 · ʒ.eo.§.19 & ʃ.eo.§.31]

XXVIII § Sed modernæ indulgentiæ tollunt huiuscemodi frugalium pœnitentiarum operationē, & dūtaxat pigris & rebellibus hominibus sunt frugi, sicut cæteræ faciles promissiones, nec ipsi pigri & rebelles grauius peccent, si careant tali licentia, quæ est quoddā solatium infirmorum, incolumibus autem inutilis ad profectū salutis, qm̄ tales indulgentiæ non perfectionem, sed omissionem & tristitiā pœnitendi inducunt. Aliud est in tristitia spūali. Licentia quippe nō habet laudē, nec præ se fert exhortationē, sed deteriorationē. Licentia em̄ omnes deteriores sumus, quia præstat occasionē quo minores in bonis operibus fiamus, q̃ si non haberemus licentiam, seu remissionem cessandi ab operibus pœnitētiæ. De quibus propheta: In labore (inquit) hominum nō sunt, & cū hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Item in his, quæ patiuntur moleste ferunt & indignantur.

[Margin: ʒ.eo.§.25 & ʃ.c.18.§.8 · ʃ.ca.28.§.6. ʒ.eod.§.20 · Teren. · ʃ.ca.16.§.2. · Psal. 72 · Sap.12. in fi.]

XXIX § Quidā asserunt, indulgentias esse pias fraudes, quibus insipiens populus inducaī atq; prouocetur ad visitandū ecclesias, ad aliaq́; bona opera, spe placendi deo, alioquin ea non facturus. Age ob cultum dei ampliandum nullo pacto, nulla vé ratione est mentiendum, nec ad sempiternam salutem aliquis est ducendus opitulante mēdacio, præsertim in eo casu, vbi populus irritatur ad quærendū quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Nam seipsum, non deum, in tali bono opere finem facit, finaliter em̄ intendit vt pœnitentia per indulgentiam sublata, sibi segni quies sit potius q̃ vt deo gloria detur. Similiter qui indulgentias proclamant, nummorum quærunt contributionē, non hominū salutem. Nam & si pecunia indulgentiarum exigatur fuco pietatis, vtpote ad expetitionē contra infideles, aut ad sacra ædificia, aut in aliā piam causam, tamē potior pars huiusmodi pecūniæ ex indulgētijs & iubileis hactenus collectæ, appensa est fisco q̃ Christo, plus redacta in vanitatē q̃ in pietatē. Chrūs quidē cū mammona iniquitatis amicos nobis facere præcepit, nō vero inimicos expugnare, vel ædificia extruere docuit, imò nūmos colligere inhibuit, inquiens: Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusq̃ vita eius est ex his quæ possidet.

[Margin: Tho.4.dist. 20.ar.3.q.2. in prin. 22.q 2. primum · Phil. 2 · ʒ.ca.13.§.10 & ʃ.eo.§.30 & ʃ.c.17 § 19 ʒ.ca.14.§.4 in fi. · 12.q.7.maiores. Luc.16 · Luc.12 · ʃ.ca.28.§.2.]

XXX § Et si opa ædificiorum, p quæ indulgētiæ redimunt, de se sint bona, inquantū dei iustitiā custodiūt, tn̄ frequētius fiunt ad vanā gloriā, & ob laudē hominū, q̃ ob decorē diuinū. Hinc est illud euangelicū: Væ vobis qui ædificatis monumēta prophetarum. Vbi Chrysostomus ait: Nō gaudēt martyres qn̄ honorant cū pecunijs, quas quidē fraude vel violentia à pauperibus plorātibus exactionantur. Qualis est illa iustitia, munerare mortuos & expoliare viuos. Quomodo sunt iusti qui homines spoliant, & ædificia sanctorum faciunt, habitationes hominū componunt, & habitationes dei destruunt. Vis domū dei ædificare, da fidelibus pauperibus vnde viuant, & ædificasti rationalem domū dei. In ædificijs em̄ homines habitāt, deus aūt in hominibus sanctis. Hæc Chrysostomus. Item Hieronymus: Cū pauperi manū tribuis, cū viro in suis necessitatibus subuenis, cum errantē in viam rectā reducis, deo gratū templū ædificasti. Nempe templū dei, sanctorum corda dicūtur, quod qui violauerit, disperdet illū deus. Indulgentiæ itaq; in intuitu ædificiorum concessæ, parum sunt meritoriæ. Sanctius est em̄ gratis retribuere, q̃ intuitu veniarum, siquidē bonū opus absq; mercede, & propter deū finalr̄ homo facere, Pontifex quoq; venias gratis dare debet, quia gratis accepit. Vtrobiq; aūt quæritur peculiare cōmodū, non honor dei vel vtile proximi. Adhibeatur interea cōtractus turpissimus manifeste simoniacus, quādo quæstores pro certo pretio in capsam ponendo præbent indulgentias, quas singuli homines vnusq́; pro sua facultate emunt. Quo pacto homo plus q̃ deum obseruat papam seu eius quæstorem tanq̃ idolum, qui sibi pro mercibus porrigit indulgentiarum literas,

[Margin: ʒ.ca.14.§.5 & ʃ.c.21.§13 · Luc. 11. Chrysosto. · Hierony. in de trāsitu c. 13. & ad Celantiam. · ʒ.eo. in pri. & ʃ.c.19.§ 13 ʒ.eod.§.29 ʃ.eo.§.31. in fi. · Matt. 10]

ac remittit pœnas diuinæ iustitiæ debitas. Itidem & Gentiles olim factitarunt, seruientes Febri, Plutoni, aliĩsvẽ noxiĩs numinibus, ne læderent. Ita hodie insipidi nituntur consequi venias, quo minus post Christũ crucem portent.

[Vale. max. li. 1. c. de inst. anti. 2. Aug. 3. de ci. dei c. 18. vnde cõm.] [§. eo. §. 18 & ſ. eo. §. 9.]

XXXI § Atqui euãgeliũ iubet dignos fieri pœnitẽtiæ fructus, addidit dignos, vt pro qualitate peccatorũ, qualitas offeratur bonorũ operũ. Digni vero fructus sunt, qñ pro mẽsura delicti erit, & plagarũ modus, vt quẽ maior sequitur culpa, maiori plectetur pœna. Vnde iniquũ censet, inueteratũ peccatorẽ ac oĩbus pœnis indulgẽtia absolui æquali, qua is q fragili carne semel in peccatũ lapsus est, Siquidẽ graue peccatũ curatur melius per arduã pœnitẽtiã, q̃ per leuẽ, prout Chrysostomus triplici ostẽdit exemplo, dicẽs: Medicina aspera melius q̃ leuis curat malos humores, rostrũ ferreũ melius q̃ ligneũ eradicat frutices, malleus ferreus melius q̃ plumbeus resecat nodos lapidis poliendi. Oportet itaq; peccatorẽ curari p contraria & diuersa. Scriptũ est enĩ: Omnis anima. s. peccatrix, quę afflicta nõ fuerit, peribit de populis suis. Notandũ est, etsi culpa cõmissa propter reatũ à deo remittatur, tamen pœna iuris per indulgentias nõ remittitur, nisi adsit dolor contritionis. Siquidẽ indulgẽtiæ dantur tantũmodo confessis & verè cõtritis, vt patet in literis indulgentiarũ. Vera aũt cõtritio pœnas quærit & amat, studetq; sequi suũ caput Iesum Christũ per crucẽ, mortẽ, cæterasq; pœnas, passiones enĩ Christi in nobis abundare debẽt. Nã vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, qm̃ ad regnũ cœlorũ intrare oportet p multas tribulationes, quas vere contritus nõ fugit, sed dignas pœnitẽtias pro suo posse spõte subit. Quippe bonũ est, correptũ manifestare pœnitentiã, vt effugiat voluntariũ peccatũ. Sed indulgentiarũ q̃stores asserũt esse remissam omnẽ pœnã pro nũmo in cistã imposito. De qbus apl'us: Qui videbantur esse aliquid, nihil cõtulerũt, sed econtra. Et sic ipsi tollũt omnẽ pœnã, implicantq; cõtrarietatẽ in literis papalibus, q confessionẽ sacramentalẽ & verã. i. pœnalẽ contritionẽ requirũt ad cõsequendã plenariã indulgentiã & remissionẽ pœnarũ à iure. s. vel ab hoĩe peccatoribus impositarũ.

[Matt. 10. 16. Mar. 8. Luc. 9. Luc. 3. Dis. 50. quia Chrysosto. sup Matth. De pœ. dis. 1. c. 1. Leui. 23. Tho. 4. di. 20. ar. 6. q. 1. 2. Cor. 1. Roma. 6. Act. 14. Ecci. 20. Galat. 2.] [De pœ. dis. 1. c. quis aliqñ. §. 1 leuit. §. ca. 4. §. 3 & ſ. c. 30. § 8 ſ. ca. 40. §. 8 ff. de pęnis l. respiciendũ ſ. eo. §. 38 §. eo. §. 30 in fiñ. & ſ. c. 59 §. 1. §. eod. §. 27 & ſ. c. 16. ĩ p. §. eod. §. 20 in fi. §. eod. §. 30 & ſ. eo. § 42]

XXXII § Præterea nisi opus satisfactionis sit æquiualens culpæ, remanet obligatio pœnæ condignæ & legitimæ, quemadmodũ si cui remittis iniuriam tibi illatam, damnum quidem iniuria factum non remittis, quin iniurians nihilominus tenebitur tibi damnũ resarcire, vel ablatũ restituere vsq; ad gratantẽ satisfactionem. Hinc Augustinus: Non potest gratiam dei cœlestis accipere, nisi prius purgatus fuerit ab omni sorde. Itẽ nullus debitæ pœnæ accipit veniã, nisi aliqualem pœnam soluerit, ita enim impartitur à deo largitas misericordiæ, vt non relinquatur iustitia disciplinæ. Ideo neminem putes à peccato ad correctionem, sine pœnitentia posse transire, quia præceptũ euangeliĩ est, pœnitentiã agite, frustramus euangeliũ dei & verbũ Christi, si promittimus vobis q̃d ille negat, nõne vos decipimus? Non enĩ sufficit mores in melius cõmutare, & à præteritis malis recedere, nisi satisfaciat dño per pœnitentiæ dolorẽ. Hæc Augustinus.

[Dis. 90. si qs cõtristatus. De pę. dis. 1. nõ potest. & c. nullus. & c. neminẽ. & c. agite. & c. voluissent & c. nõ sufficit] [ſ. ca. 36. §. 5. Matt. 4 Luc. 3]

XXXIII § Christus profecto nõ legitur absq; pœnitẽtia queñq̃ saluasse, Quinimò pluribus exemplis euidenter ostenditur, q nullus à deo consequatur veniam, nisi prius satisfecerit per pœnitentiã frugem, non mortuã, quæ. s. stabilita sit in vera fide, & bona patientia: patientia nanq; ceu pœnitentiæ fundamẽtum fert opera viua. Et impossibile videtur cũ operibus mortuis Christianos rursus renouari ad pœnitentiam, vtpote ad plenariam remissionẽ peruenire. Quare in Apocalypsi dicit dominus: Patientiam habes, & sustinuisti propter nomẽ meũ, age pœnitentiam & prima opera fac. Contra nituntur indulgentiarum promulgatores, dignos pœnitentiæ fructus penitus tollentes, & dei iudicium corrumpẽtes, erronee asserunt tum viuos, tum mortuos per plenarias indulgentias passim absq; omĩ delectu ab vniuersis pœnis pariter & culpis solui, statimq; saluari. Allegant absolutã authoritatem summi pontificis, de cuius potentia illud Sapientiæ induci potest: Nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum, quis enĩ dicet tibi, quid fecisti? aut quis stabit cõtra iudicium tuum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes? non enim est alius deus. s. terrestris, q̃ tu. Mox postq̃ aliqs veritatis zelator verbum (superioritatem ecclesiasticam mordens) profert, hæreticus

[Heb. 6 Apo. 2 Sapiẽ. 12] [ſ. c. 56. in priñ ſ. ca. 56. §. 13 ſ. ca. 57. §. 1. §. c. 3. §. 5 & ſ. c. 17. §. 6 ſ. c. 17. §. 2 & ſ. c. 18. § 7 & ſ. ca. 23. §. 11.]

ẽ.ca.12.§.7 ticus accuſatur, igni deputatur, & morte dignus cõdemnatur, penitusq́ oppri-
ſ.ca.27.§.9 mitur, quia inutilis eſt nobis & cõtrarius operibus noſtris. Aliter nos inſtruit, ex- Sap. 2
ſ.eod.§.37. emplo patientiæ & doctrinæ, primus papa, cui diſcipulus in faciem reſtiterat. Gala. 2
ſ.ca.19.§.4 XXXIIII § Summi quoq; pontifices illud peſtiferū conſiderant dictum:
infi. Non præſumi tantæ celſitudinis apicem errare, &c. Verum pontifex tot mon- Tho. q̃dli. 9
ſ.ca.19.§.11. ſtris dæmonum, & impiorum aulicorum obſeſſus magis q̃ ſtipatus, non poteſt ar. 6
ſ.ca.19.§.4 errare, niſi cum totius eccleſiæ maximo damno. Aſſentatur inſuper eidem pon- Syluest. in ſũ.
tifici adulatione illa, in pectoris ſui ſcrinio eſſe omnia iura. Vnde in veteri teſta- ti. canoniza
mento pontifex rationale ferebat in pectore. Sed papæ pectus non ſemper iuſtũ, tio. §. 3
exinde nonnullæ iniuriæ ſæpe emanãt, quia carneum eſt, atq; papa homo vnus Diſt. 36. c. 2.
ex ipſis quorum curam habet. Omnis nanq; pontifex ex hominibus aſſumitur, Eccl. 32
quibus aliquando non ſolum errores ſed & portenta placent. Et licet papa cum De libel. of-
ſ.ca.17.§.19 cardinalium cœtu cenſeatur eſſe eccleſia virtualis & repreſentatiua, tamen errare fi. 9. di. 11.
ſ.ca.18.§.7. poteſt, tametſi vniuerſalis eccleſia, quam repreſentat legitimum concilium gene Heb. 5
rale, errare nequeat, vti doctiſſime probat quidã cardinalis Cameraceñ. Aduer-
ſ.ca.19.§.8. tendus eſt itaq; papa, quando vt papa (.i. ſecundũ canonicam ſcripturã) loquitur, Card. Cam̃.
ſ.ca.39.§.6. non quando pro arbitrio ſui capitis præfatur. Alioquin multorum crudeliũ pon in. 1. ſen.
tificum cædes, hæreſes, factiones, aliaq́ facinora præſumerentur fuiſſe beneficia
piorum paſtorum, cum tamen fuerint immania tyrannorum latrocinia.
XXXV § Pleriq; contra eccleſiaſtica ſtatuta in pontifices ſimoniacè ele
cti, ambitioſe intruſi, & aliquando intantum vitiati fuerunt, ꝙ rurſus ab eccleſia Di. 23. c. 1. &
reiecti, è ſede expulſi, damnatiq; ſunt, ac interdum propter ſuos defectus manife ibi. glo. in.
ſte à deo percuſſi. Quocirca in canonibus cauetur, quod ſententiam Romanæ ſe- verbo adeo.
ſ.ca.19.§.4. dis commutare, & ea quę non bene ſunt diffinita, retractare licet. Quinimò vnus Diſ. 19. c. pe.
papa alterius indulgentias, etiam licite prius conceſſas, plerunq; reuocat. Verum & fi. 35. q. 9.
ẽ.c.14.§.4 etiam Sixtus quartus indulgentias à ſeipſo conceſſas, reuocauit. Vnde occaſionẽ ſuntq́
& audaciam ſumunt quæſtores indulgentiarum, vt abſq; facultate ſeu commiſſi- Ext. 5. de pẽ
ſ.ca.20.§.1. one tollant aut ad minus ſuſpendant veteres indulgentias, æqua olim efficacia cõ nit. & remi.
ceſſas atq; extractas (vt aiunt) de eccleſiæ theſauro, hodie apud populũ incogni-
to, quẽ Laurentius indicabat eſſe pauperes Chriſti. Ille verus theſaurus eſt domi 12. q. 2. aurũ
ſ.ca.19.§.11. ni, qui operatur q̃d ſanguis eius operatus eſt, vtpote noſtri redemptionẽ. Quem Ext. 2. de pẽ
quidẽ infinitũ theſaurũ Chriſtus ſuo ſanguine militanti eccleſiæ acquiſiuit. ni. & remiſ.
XXXVI § Item quãuis Petri clauis & eccleſiæ priuilegiũ ſemper maneat
ſ.ca.19.§.8. firmum, tamen quando is, qui exercet clauem, exorbitat, tunc nimia eius ſeueri- 24. q. 1. manſ
tas vel remiſſio non inducit ligationem vel ſolutionem in cœlo, quoniam iniu-
ſta vincula dirumpit iuſtitia. Inde argumentum ſumitur, ꝙ deus non cenſetur fa 11. q. 3. cepiſ.
ciliter ratificare immoderatam indulgentiarũ diſpenſationem. Aliud eſt eñi ſella & c. & fi.
terrena, aliud eſt tribunal cœleſte. Ratus eſt Eleazarus, dicens: Nam & ſi in præ- 2. mach. 6
ſenti tempore ſupplicijs hominũ eripiar, manum tamen omnipotentis, nec vi-
uus, nec defunctus effugiam. In canonibus reperitur, ꝙ eccleſia quandoq; in ſuo 24. q. 3. ſi qs
ſ.eod.§.45. iudicio decipitur, vt ille, qui intra ipſam eſt, per eam excludatur, & qui foras miſ- & c. cũ aliqs
ſus eſt, intromittatur. Porrò oſtiarius eccleſiæ interdum dormit in purgãdo tri-
ſ.ca.21.§.5. tico, ideo latrones ingrediuntur domũ Iſboſeth, qui ſimiliter dormit ſup ſtra- 2. Reg. 4
tum ſuum, & percutiunt eum in inguine ac interficiunt.
ẽ.c.3.§.1.& XXXVII § Deus pterea nõ parcit alicui verbis potẽtibus & ad deprecã- Iob. 41
ſ.ca.18.§.8. dum cõpoſitis, prout indulgẽtiarũ proclamatores buccinãt per dulces ſermones Roma. 16
ſ.c.27.§.17: corda innocentiũ ſeducendo, non aũt in ſermone, ſed in virtute eſt dei regnum. 1. Corĩ. 4
in fi. Ad quod nos primus papa Petrus, non p enormes indulgentias, ſed p virtutes bo
naq́ opera allicit, inquiens: Vos curã omnẽ ſubinſerentes, miniſtrate in fide ve- 2. Petr. 1.
ſtra virtutẽ, in virtute aũt ſcientiã, in ſcientia abſtinentiã, in abſtinentia patiẽtiã,
in patiẽtia pietatẽ, in pietate amorẽ fraternitatis & charitatẽ. Hæc eñi ſi vobiſcũ
adſint, nõ vacuos, nec ſine fructu vos cõſtituent. Cui vero hæc non ſunt præſtò,
cæcus eſt & manu tentans, obliuionẽ accipiens veterũ ſuorũ delictorũ, quapro-
pter magis ſatagite, vt p bona opera certã veſtrã vocationẽ & electionẽ faciatis.
Hæc eñi facientes, nõ peccabitis aliquando, ſic eñi abundãter miniſtrabitur vo-

bis introitus in æternũ regnũ dñi. Reliquus aũt summus põtifex debet esse eiusdẽ doctrinæ cuius & Petrus, si quidẽ ipsius successor & par in potestate esse velit.

XXXVIII § Ergo post indulgentiã à papa diffinitã non statim quisq; à peccato plene mundatur, neq; ad regnum cœlorũ attingere potest, nisi prius per dignam pœnitentiã deo curauerit satisfacere. Hinc Hieronymus docet, q̃ peccator præteritas delicias, p quas deũ offendit, vitæ austeritate cõpescat. Et Chrysostomus: Qui culpã exaggerauerit, exaggeret pœnitẽtiã, maiora eñ crimina maioribus abluuntur fletibus. Nam deus post culpam, Adam separauit à delicijs, vt ageret pœnitentiã, tunica vestiuit eũ pellicea, nõ serica. Nunc ergo dicit dñs: Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & in planctu, scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Hoc contra eos dicitur, qui non interiori satisfactione præcedente, sed sola exteriori opere se deum placare, & qui nõ ex corde, sed ex marsupio, pro peccatis satisfacere posse confidunt.

XXXIX § Demũ indulgentiarũ mercatores cũ magnis pompis, singularibusq; cerimonijs faciunt publicari indulgẽtias, ac interim obmitti, vel cũ modica aduertẽtia predicari verbũ dei, cõtra dignitatẽ & necessitatẽ ipsius verbi, q̃d est gladius spũs. Vnde Christus illud semp & vbiq; populo p̃dicari præcepit ad discipulos dicẽs: Quod in aure auditis, prædicate sup tecta, Et prædicabitur hoc euangeliũ in vniuerso mundo. Et infra: Prædicate euangeliũ omni creaturæ &c. Itẽ in Hieremia: Sta in porta domus dñi, & p̃dica ibi verbũ, hæc dicit dñs, bonas facite vias vestras & studia vestra. Nihil etenim in ecclesia est maiori reuerentia, & cura tractandũ, q̃ sanctũ euangeliũ, in quo apostolus laborauit vsq; ad vincula, quasi male operans, sed verbũ dei nõ est alligatũ, quod Christi corpori æquiparatur, & qui illud audit, habet vitã æternã. Nã viuit homo de omni verbo q̃d procedit ab ore dei, quod apostoli dei loquebãtur cũ fiducia, dicẽtes: Non est æquũ nos derelinquere verbum dei, & ministrare mensis, pront faciunt quæstores, qui impediunt euangelicũ sermonẽ, dũ indulgẽtias excoquunt, & de pane lucrando certant, quasi eleemosynã scilicet fictã quærendo. Oportet igitur primum loqui verbũ dei, quod si qui repellunt, indignos se iudicant æternæ vitæ.

XL § Rursus indulgentiarũ præcones promulgare solent intricatum errorem, promittentes per assequutionem papalium indulgentiarum cœlestẽ beatitudinem, vsqueadeo si cõtingeret peccatorem plenas venias assequutum, mori, mox in cœlum euolaret absq; alia satisfactione temporali seu purgatoria. Id Christus non præsumpsit, quando petenti promisit fieri petita, ea tamen differẽda, & debito tempore danda dixit, vtpote in verbo futuri. s. pater dabit vobis: Petite & accipietis. Atqui ne nimium os meum in cœlum ponam, timide induco significationem figuræ. Qundo Absalon fratricida patri suo Dauid fuit recõciliatus, nihilominus stetit per duos annos antequàm faciem patris videre potuerat. Eodem modo peccator, quamuis deo reconciliatus, tempus tamen & modum pœnæ hic vel in purgatorio adimplebit, anteq̃ ad videndũ faciem dei in cœlum transferatur. Idcirco omne tempus nostrum, etsi breuissimũ est, expendere debemus ad delendã culpæ maculã, & ad consequendã gloriã. Pœna quidẽ est productior q̃ culpa, ne parua putetur culpa, si cum ea finiretur & pœna. Ergo si quis in præsenti non potuerit explere pœnam, & satisfaciendi ordinem, quantũcunq; tamen paruam pœnitentiã, & quantocũq; paruo tempore factã, deus non respuit, & quod minus pœnæ peccator hic soluit, in futurũ luet, qm̃ sine legitima pœnitentia nullus peccator ianuam cęlestis patriæ intrare potest. Nec valet pęnitentia sine satisfactiõne saltem mentali.

XLI § Illi aũt indulgentiarũ buccinatores omnimodam promittunt securitatem, quæ parit negligentiam, & negligentia offensam dei. Hinc Augustinus: Pęnitentiam (inquit) dare possumus, securitatem vero dare nõ possumus: nunquid dico, damnabitur: sed nec dico, saluabitur. De qua inani securitate ait Iob: Deo, etiamsi habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicẽ deprecabor, & cum inuocantẽ me exaudierit, nõ credo q̃ audierit vocẽ meã: in turbine eñ conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa, nõ concedit quiesce-

De maio. 2. obedi. c. illd dñs. De pęñ di. 1. c. qs aliqñ §. in leuit. & c. voluissent & c. q sctũs. De pę. dis. 1. deus, & c. Adã, & c. fact. Iohel. 2

Ephes. 6
Matt. 10. 24
Marc. 16
Hiere 7
2. Tim. 2
Iohan. 5.
Act. 4. 6
Actor. 13
Ioh. 16. & ibi August.
Psal. 72
2. Reg. 14
De pę. di. 5. c. 1. §. 1.
De pę. di. 3. c productior.
De pę. dis. 3. c. talis
De pę. dis. 7 c. fi. in fi.
De pę. di. 1. c nõ potest.
De pę. dis. 7 c. si qs. §. q̃q̃

g̃. eo. §. 33 in fi. & ſ. ca. 19. §. 3.
g̃. eod. §. 31.
Gene. 3
ſ. ca. 30. §. 3.
ſ. ca. 28. §. 9.
ſ. c. 18. §. 1. & ſ. ca. 46. §. 11
g̃. in prol. § 2. & ſ. ca. 32. in prin.
1. q. 1. iterũ.
Deut. 8
Mat. 4
ſ. ca. 20. §. 8
ſ. ca. 32. §. 12
g̃. c. 10 in pr
ſ. c. 28. in fi.
g̃. eo. §. 11. 21 & ſ. c. 30 § 9
Glo. ĩ c. porro. Extr. de sen. excom.
De pę. dis. 1. c̃. p̃dixe. i fi.
ſ. eod. § 45
Iob. 9
ſ. ca. 35. §. 8. in fi.

quiescere spiritũ os meũ & implet me amaritudinibus. Si iustificare me voluero,
meũ condemnabit me, si innocentẽ ostendero, prauũ me cõprobabit. Ad idẽ Sa Eccl. 5
ſ.c.29.§.1 & piens: Et si altissimus est patiens redditor, tamen de propiciato peccato noli esse
ſ.ca.33. §.9. sine metu, ne dicas, miseratio dñi magna est, multitudinis peccatorũ meorũ mise
rebitur. De tali nanq; nimia spe aliquis facile ruit in præsumptionẽ temerariam,
quasi absq; fideli & humili pœnitentia consequatur æternã beatitudinem.

ğ.eod.§.17 XLII § Ex præmissis apparet, pœnitẽtibus prodesse suffragia ecclesiæ, q̃ De pę. di.6.
ad pœnã à deo inflictã, & valere indulgẽtias quo ad pœnam à iure vel ab homine c. laboret
impositã. Vnde quæstores easdem indulgẽtias caute promulgare debent, ne eas
ſ.eod.§.43. populus præferat operibus fidei & charitatis, quæ foras mittit timorẽ pœnæ. Si
ſ.ca.59. §.8. quidem per charitatem homo fit melior, per indulgentias vero nõ melior, sed in
cõscientia sterilior, & in vita fit dissolutior. Deus profecto magnus & potẽs ac ter
ribilis, nõ accipit personã, nec munera ad cistam iubilei imposita. Scriptũ em̃ est:
ğ.eod. §.31. Zelus & furor dñi nõ parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusq̃ precibus, nec Deut. 10
recipiet pro redẽptione dona plurima. Itẽ: Nõ iustificaẽ homo ex operibus legis, Pro.6. in fi.
ſ.eod. §.44 nisi per fidẽ Iesu Christi. Præterea saluator noster, volens nos ad studiũ simplici Gala. 2
ſ.ca.23.in fi. tatis inuitare, & supflua, terrenaq; contẽnere, inquit: Væ vobis pharisæis, q decì Luc.11.
matis mentã & ruthã, & omne olus quasi minima, & pteritis iudiciũ. s. iustitiam
euertẽdo, & charitatẽ dei. s. vera misericordiæ opera obmittendo, oportuit hæc
videlicet iustitiã & charitatẽ facere, & illa. s. charitatis opera nõ obmittere.

XLIII § Ad præmissa conducunt verba dei apud Cath. Señ. dicẽtis: Pœ- Cath. Señ. c.
nitentia vera non in operibus extrinsecis, ceu in virtutum exercitio, sed in ipsis 3.4. & c. 9.12
virtutibus, ceu fundamento consistit. Nempe sacrificiũ & mentale simul & actua & c.67. in fi.
le deo est offerendum, sicuti dño à subdito offerri solet vas. i. bonũ opus cũ vino
. s. fidei vel charitatis, aliarũve virtutũ. Siquidẽ vinum absq; vase non potest of-
ğ.eod.§.42 ferri, & vas absq; vino non esset acceptum. Opera itaq; non elidunt culpã, nisi re
& ſ.c.18 ĩ p. ferta sint fide & charitate, reatu cordis ac suipsius displicentia & cognitione, qua
omnibus pœnis dignũ quis se iudicat, cum omni deniq; patientia suffert pœnas,
ğ.eod. §.18 quas indulgentiæ tollunt, & consequenter adimunt pœnitentiæ fructũ, qui po-
& ſ.c.56.§ 11 tius augeri debet. Ipsa deniq; Catha. in suis orationibus rata est, se non maio- Catha. Señ.
rem gratiã consequi posse, q̃ vt semper in pœnis vitã suam ducat, terminetq; cũ orati. 12.17
ſ.ca.20.§.15 martyrio propter Christũ, cuius passio doctrinã nobis indicat sequendi. Vnde
ſ.c.61.in pr. fallitur, qui mauult sequi delectamẽta, q̃ pœnas, cum nemo ad patrẽ perueniat, 1.Petri.2
ğ.eo.§.18 & nisi per verbũ, quod gustandũ est in affectu pœnarũ, & si homo nõ vult sponte su 1.Ioh. 2
ſ.ca.34. §.5. stinere pœnas, has sustinebit inuitus. Vnde dicitur: Omnis qui negat filiũ, nec pa Cat. Se. c.75
trem habet. Nã qui filiũ, quærit crucẽ, qui patrẽ, consolationẽ consequitur.

ğ.eo.§.16.18 XLIIII § Falsæ igitur pdicatur p veniarũ concessionẽ, peccatorẽ ab omni
pœna & culpa solui, statimq; saluari. Remanẽt em̃ pœnæ, castigatoria. s. & euan-
gelica, de quibus supra, quorũ pœnarũ nulla ad canonicã pœnã cõparatio, quia il
larũ solus deus iudex est. Iudiciũ vero canonicæ dũtaxat pœnæ ad pacificũ spe-
ctat. Quocirca quæstores indulgentiarũ populũ singulariter exhortari deberent
ſ.ca.32. §.17 ad ordinatã à deo remissionẽ, & ad securã bonorũ Christi & ecclesiæ participati-
onẽ, quã homo cõsequi valet, etiã absq; omni exorbitãte indulgentia. Nã culpæ
ğ.eod. §.2. remissio, quæ à solo deo est, longe excedit pœnæ remissionẽ, quæ vocaẽ indulgẽ
tia, qm̃ sine remissione pœnæ, nõ culpæ, quiuis saluari potest. Ecõtra buccinant
ipsi q̃stores, & suis plenarũ indulgentiarũ promissionibus pditissime seducũt insi-
ğ.eod.§.25 pidos, & infelices mortales, qui nec in suis meritis de salute cõfisi, ab illis docẽtur
cõfidere in indulgẽtias sibi perperã expositas, p quas ipsis nõ fides, non cõtritio,
ğ.eod.§.43 nõ gratia, sed vana spes & remissio solius canonicæ pœnæ cõfert. Rem etenĩ (in- De pę. di.1.
& ſ.c.58.§.1 quit canon) temerariã faciunt, qui audacter peccantibus veniã pollicentur. c. q̃ obrẽ ĩ fi.

XLV § Illi auari prophetæ pro quæstu dicũt populo Christi: Pax pax, Hiere.8.
ğ.c.2.§.7 & vbi non est pax, & sic decipiunt Christifideles, qui sermonibus & literis plenariũ Ezech.13
ſ.c.20 §.5 & indulgentiarum creduli, sinistra securitate & fallaci spe suæ salutis, seducuntur
ſ.c.58.in pr. vnà cum suis magistris, qui regnum cœlorum potius claudunt, q̃ aperiunt, euan Matt. 23
ğ.ca.1.§.10 gelium negligentes, aurum quærentes, prædã de subiecta plebe facientes, & tan-

Ezech. 13 dem ſpolia diuidentes. Ad quos in Ezechiele hæc dicit dominus deus: Væ ſcili- & ſ. eo. §. 46
Di. 46. c. ſũt cet veniarum quæſtoribus, qui conſuunt puluillos. i. leues peccatorum remiſſio- & ſ. c. 18. §. 9
nonnulli nes, ſub omni cubitu manus, & requiem ſcilicet pollicentes, faciunt ceruicalia ſub ſ. cap. 19. §. 5
capite vniuerſæ ætatis ad capiendas. i. decipiendas animas, hoc eſt, hominibus
cuiuslibet ætatis, dicentes, in talibus ceruicalibus, vtpote in indulgentijs, poteſtis
Ezech. 13 quieſcere ſecure, iudicium dei non timendo. Sequitur in Ezechiele: Propter pu ḡ. eod. §. 41.
gillum ordei & fragmentum panis. i. propter vilem quæſtum talia promittebãt,
vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas, quæ nõ vi- ḡ. eod. §. 36
De pœ. diſt. 1 uunt, mentientes populo meo credenti mẽdacijs. Nam iuſtis nihil ſibi dantibus ſ. ca. 17. §. 14
multiplex. § prophetant damnationem, quaſi non ſtudeant indulgentias conſequi. Iniuſtis ſ. ca. 25. §. 11.
ſi aũt ali. autem, qui per peccatum ſunt mortui, propter eorum dona, promittunt vitam
Ezech. 13 æternam. Vlterius ad eoſdem quæſtores dominus: Ecce (inquit) dirumpam cer-
uicalia veſtra, & liberabo populum meum de manu veſtra, neq; erunt vltra in ma
nibus veſtris ad perdendum, id eſt ad prædam, pro eo, quod confortaſtis manus
impij, vt non reuertatur à via ſua mala.
Matt. 23 XLVI § Saluator præterea noſter ad illos temerarios concionatores ait:
Væ vobis ſcribæ & pharisæi (per quos denotantur indulgentiarum quæſtores) ſ. ca. 18. §. 14
qui comeditis domos viduarum, cum indulgentijs circuitis mare & aridam, vt fa
ciatis vnum proſelytum. i. raro bene pœnitentem, cui pro lucro temporali pro- ḡ. eod. §. 45
mittitis ſui receptionem in cœlum, ſed facitis eum filium gehennæ. Ecce quod
pro ſalute hominum eſt inſtitutum, iam ad mercedem temporalem retorquetur
Ibidem Ideo ſubiungit: Quid autem maius, aurum an templum quod ſanctificat aurum? ſ. ca. 22. §. 5.
Et quid maius eſt, donum an altare quod ſanctificat donum? Væ vobis qui mun
datis illud quod eſt deforis, intus autem pleni eſtis rapina & immunditia. Vide q̃
peruerſe nunc in præſenti ſtatu quinto agitur cum ſalubribus indulgentijs & re-
miſſionibus nobis à deo miſericorditer & ab eccleſia largiſſime conceſſis. Quæ
quidem largitas modo peruerſa eſt in hanccine laruam indulgentiarum immo-
Pro. 7 deratarum. De qua Salomon loquitur, quãdo per cancellos proſpexit: Iuuenem
vecordem, cui occurrit mulier in ornatu meretriceo, præparata ad decipiendas
animas, garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere, nunc
foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians, apprehẽſumq; iuuenem, de-
oſculatur, dicens: Victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea, veni frua
mur cupitis amplexibus, &c. Et ſic irretiuit ſtultum populum multis ſermonibus ḡ. eod. §. 45
& blanditijs, qui neſcit quod ad vincula trahatur, & q de periculo animæ eius
agatur. Hanc figuram modernæ ac importunæ veniarum acclamationi coaptan
dam induſtri & ſolerti lectori relinquo.
XLVII § Ex præmiſſis demum apparet noſtram matrem eccleſiam vnà
cum filijs ſuis Chriſtianis, circa normam & modum pœnitentiarum & veniarũ,
non mediocriter eſſe perplexam atq; dilaceratam, & abſq; diuina ope ſemetip- ſ. ca. 18. §. 14
ſam ex illis ærumnis reſoluere impotentem, vehementerq; lamentantem de in- in fi. ſ. ca. 16.
Cant. 5 dulgentiarum quæſtoribus, ac dicentem: Percuſſerunt me & vulnerauerunt me in prin. & ſ.
cuſtodes murorum, eoſdem denotando quæſtores. Quam quidem miſellam ec- c. 19. §. 15.
Cant. 2 cleſiam ſuus ſponſus Chriſtus ad fructuoſam pœnitentiam patienter expectat, ſ. ca. 30. §. 1.
dulciſſime inuitat, clementiſſime ſuſcipit, & ait: Surge, propera amica mea, ſpon ſ. ca. 43. §. 10
ſa mea, & veni, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis, reuer-
tere in via, ſcilicet veræ pœnitentiæ, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ,
Cant. 6. in fi aperi mihi ſoror mea. Reuertere Sunamitis in erroribus iam captiua, reuertere vt ſ. cap. 16. §. 6
intueamur te. Neceſſarium itaq; fuit ad reducendã eccleſiam, & ad reformãdum ḡ. ca. 6. §. 4.
populum Chriſtianum, ſextum erigi ſtatum, ne ipſa eccleſia in ſuis membris per ſ. c. 16. in pr.
remiſſiones, in quinto ſtatu abuſiue permiſſas, penitus pereat. per tot.

¶ De ſtatu eccleſiæ ſexto, qui nuncupatur reformatiuus. Cap. XVI.

R Eſtat modo ſextus ſtatus, qui eſt eccleſiæ, per remiſſionẽ quinti ſtatus ḡ. ca. 15. in fi
deprauatæ, reformatiuus & per eccleſiã Philadelphiam ſignificatus. Si
Apo. 3 cut enĩ deus ſex diebus perfecit opera ſua, & ſexto die factus eſt homo
Geñ. 1 ad imaginẽ dei, & ſexta ætate generis humani filius dei venit in carne ḡ. cap. 8. §. 5
& fa-

ʃ.ca.6.ʃ pri. & factus est filius hominis vt nos redimeret. Sic sextus nunc status ecclesiæ agit, Augusti. 4.
ğ.c.6.§.3& quo ecclesiæ mēbra p diuinas correptōes reformabunt, Chr̄o tandē in spū aduen- de tri.4.
ʃ.c.32.§.8 turo, quē expectamus, vt reformet corpus humilitatis nostræ. Ecclesia profecto Phil.3.
ğ.c.15.§.47 renouabit in agnitōe dei. Imò eius mēbra necessario sunt reformāda, quæ admo- Coloss.3
&.ʃ.c.19.§. net Apostolus, dicēs: Obsecro vos frēs, reformamini in nouitate sensus vestri, vt Roma.12
11.in fine, & probetis quæ sit voluntas dei. Et infra: Deponite vos scd̄m pristinā conuersatio- Ephe.4.
§.15 nem, veterem hominem, & induite vos nouum hominem. ğ.c.15. §.31.

I § Catholica quippe ecclesia, durāte quinto statu, in tam vilem cecidit &ʃ.c.30.§.9
ʃ.eo.§.3&5 conditionem, vt iam propè interijsset, nisi pius Iesus ei subuenisset per immen-
sam suam gratiam multimode hactenus concessam. Insurrexerant nāq; contra fi-
dem Christi diuersæ sectæ, vtpote Sarracenorum, & Manichæorum, similiter &
VViclefistarū, aliorumq́; qui omnes condemnant, ab ecclesia possideri bona tem-
ğ.c.14.§.6. poralia, quibus clerici abutuntur. Vnde ait Thelosphorus: Abundantia rerum tē-
&.ʃ.eo.§.9. poralium ecclesiis traditarum est occasio ruinæ ecclesiasticæ. Nam bona tempo-
&ʃ.c.19.§.5 ralia spiritualem vitam facile impediunt. Imò prælatos, cæterosq́; clericos ple-
rūq; ad vitia trahunt, quorum exempla laici imitantur. Ac exinde hæretici suarū
sectarum occasionem sumunt.

ʃ.c.20.§.6 II § Quamobrem in præsenti sexto statu deus dignabit bona & dominia
temporalia à clero iterū auferre propter vitia & peccata cleri, ex diuitiarū abun-
ʃ.eo.§.3 dātia, & ex dominij secularis exercitio prouenientia, vt ecclesia bonis temporali-
bus spoliata, & rebus superfluis circūcisa, discat spiritualibus intendere, ac viuere
ʃ.c.41.§.5 secundū normam datā Petro qui postquàm audisset dn̄m, tunica succinxit se, erat Ioh.21
ğ.ca.14.§.5 enī nudus, & misit se in mare. Ad hoc Ioachim super Hieremia prudenter innuit, Ioachim
&.ʃ.eo.§.9. dicens: Olim Imperatores se gloria suæ dignitatis pro Christo paupere exuentes, Tho.opusc.
&.ʃ.c.22. in induerunt ecclesiā quasi nouum hominem in syluestro: ideo necesse erit, postquā 20. li.3.c.16.
prin. &.ʃ.c. ecclesia eodem indumento abutit, succincta siue nuda fiat, ne in fluctibus huius ma- vsq; ad finē.
65.§.2 ris submergatur, quę prius in rerum abundantia nimiam libertatem habuit super-
ğ.c.15.§.28. fluamq́; quietem quæsiuit: siquidem talis quies corporum & abundantia tempo-
ralium causauit atq; incendit vitia cleri.

III § Quocirca contra huiusmodi exorbitantem licentiā idem Ioachim
exclamat: Væ huic libertati & quieti nimiæ, propter quam fides Christi pluribus
acutis gladijs ferietur. Delectatio enim metallorum, & auara cupido temporali-
ğ.eo.§.2.& um spem improbam concipiet, quæ quidem elegans, & formosa vetula radix, & 1.Timo.6
ʃ.c.20.§.6 inceptrix omnium malorū, accendit vitia clericorū. Nam postquàm ecclesia nimis
ʃ.c.18.§ 13 multiplicauit bona temporalia, sibiq; dominia secularia vendicauit, tunc ædifica Matth.7
ʃ.eo.§.4.& uit domum suam super arenam, vel super petram sine fundamento. Ideo tanto Lucæ.6
ğ.eo.§.1 flumine rei transitoriæ illisa faciliter cadet, atque submergetur. Nisi aliquando
ğ.c.14.§.2. bona reformatione, vel aliquo nouo fœtu sustentata fuerit. Deus quidem suam ec De vi.&ho.
&ʃ.c.19.§.15 clesiam noua frequenter prole fœcundat. Hoc ipsa ecclesia fatetur se à Deo sem- cle.c.deus
Aliter. ʃ.ca. per nouo fœtu multiplicari. Feria.3.Pas.

20.in princ. IIII § Vbertinus quoq; ait: q̃ ecclesia in quinto statu senescēs pro patri- Psalm.44
ğ.c.12. §.6. bus, id est, prælatis diuitibus peperit filios, quibus voluntaria paupertas arrideret,
in fine. ac doctrinæ & vitæ spiritualis puritas, in futuræ tribulationis aculeis non absiste-
ʃ.c.21. ī pri. ret, prout verificatū est in ordinibus mendicantiū, qui in principio sexti status cir
ğ.c.9.§.6 ca annū domini.1260. inceperunt, ordo Carmelitarū in monte Carmelo, ordo p̄-
ğ.eo.§.1.& dicatorū in Hispania, Minorū in Italia, alij quoq; similes alijs locis in currēti sexto
ʃ.c.17.§.10. statu instituti sunt ordines: vel etiā præter illos adhuc boni viri aliq̄ consurgent
&ʃ.c.60 §4 ad sustentandū ecclesiā cōtra præsentē illisionem tēporaliū inundantiū. Q̄ siquidē
ʃ.c.22. p̄ to. & ipsi quoq; moderni nostri religiosi tā mendicātes, q̃ cæteri hodie similiter exic
ğ.ca.4.§.5. cati sunt, carentes gratia virtutum, prout Thelosphorus refert Frācisciū inter alia Franciscus
&.ʃ.c.35.§.1 reuelasse, quō tp̄a appropinquarent, in quibus pplexitates & discrimina multipli-
ğ.c.14 §.10 carentur, & charitas multorū refrigesceret, superabundaretq́; iniquitas, & dæmo
&.ʃ.c.17.in num potestas plus solito solueretur, ac ipsius Francisci religionis, & aliarū regio-
princ. num puritas maculata deformaretur. Tunc autem in ecclesia tot scādala multipli
ğ.c.17.§.19 carentur, fractis religionibus tam in populo quàm in clero etiā regulari, quod ni-

 siab-

Matth.24 si abbreuiarent dies iuxta verbum euangelicū, si fieri posset, inducerent in errorē etiā electi. Hæc Frãcifcus, ad quem imago crucis in ecclesia S. Damiani dixit: Vade repara domū meam, quæ vt cernis, tota labitur. ʒ.c.13.§.5. &.ʃ.eo.§.9. ʒ.c.7.§.8.&

V § Me hercle ecclesia nostra occidentalis, nisi ei clemens Iesus aliquo remedio nobis occulto hactenus subuenisset, præsumit dudū fuisse ruinā passa propter incumbentiā temporaliū, nequitiamq; Christianorum. Scribit nãq; sextum angelum phialē suā effudisse in flumē illud magnū Euphraten (per quod baptismus forsitā intelligit in Europicum solum, iam diffusus) aquā.i. grãm in baptismo nobis collatã idem angelus siccauit, quia nos nō seruamus promissum in baptismate, ergo eius grãm in eo collatam, deus à nobis aufert merito. Talis defectus sexti status est designatus per statuam, quam vidit Nabuchodonosor, cuius statuæ pedes partim erant ferrei, partim lutei. Vnde quærit Propheta: Quomodo amicti auro primo reputati sunt in vasa testea? Et alibi: Coaceruauit argentum quasi humum, & aurum vt lutum platearum. Iste profectò sextus ecclesiæ status tam in religiosis quàm in secularibus tanta est rubigine & luto repletus, vt non nisi post sui ruinam restaurari possit, vt dicetur inferius.

ʃ.c.17.§.5 ʒ.eo.§.1.& ʃ.eo.§.7 ʃ.c.41.i pri. ʃ.c.47.§.6 ʒ.c.12.§.1.& ʃ.c.26.§.5 ʒ.c.14.§.1. &.ʃ.c.30.§. 12.&.ʃ.cap. 44.§.6 ʃ.c.31.§.10.

Apo.16 — Daniel.2 — B. Vincent. sermo. de fi. mundi — Threno.4 — Zach.9

VI § Christus equidem in sexto nunc statu censet esse fatigatus, quasi nō velit vlterius ecclesiæ remedium habere aliud q̃ sui ruinam, hoc videtur esse significatum in Euangelio Iohannis, vbi dicitur: Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem: hora autem erat quasi sexta. Per hanc sextam horam designatur præsens status sextus. Nam hora sexta, scilicet in meridie: sol ad altiorem gradum nostri hemisperij ascendit: ideo circa nos eo tunc est in supremo feruore, ita in præsenti sexto die & sexto ecclesiæ statu nos Christiani sumus in ardentissimo peccādi desiderio. Quādo venit mulier, id est, Ecclesia sequens sensualitatem, cum hau storio singulorum sensuū ad hauriēdā aquā delitiarum & libidinū ex profundo puteo abyssi. Fatigat igit Iesus onere nostrorum peccatorum: quæ ipse iamdiu sustinuit p Prophetam, dicens: Laboraui sustinens, & clamans: Reuertere reuertere Sunamitis. Item: Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ.

Ioh.4 — Esa.1. — Cant.6.

ʒ.c.8.§.5 ʒ.c.14.§.13. &ʃ.c.49.§.1 ʒ.c.15.ī fi.et ʃ.c.19.§.7

VII § Quippe mulier, id est, ecclesia, habuit quinque viros, id est, virtuosos homines, per quos in singulis præteritis statibus quinq;, fuit hactenus sustentata: nunc autem in sexto statu carnalis affectus, quem ecclesia modo habet, non est suus legitimus vir, sed adulter: quoniam omnes tam regulares, quàm seculares declinauerunt, & simul inutiles facti sunt ad sustentādum ecclesiam vsq; ad vnū scilicet Christum, qui eam tandem reformabit.

Psalm.68 — Iohā.4 — Psalm.13

ʒ.c.5.§.6 ʃ.c.43.§.8 ʃ.c.27.§.3 ʒ.eo.§.5

VIII § Considerandū tamen est, licet hora sexta, & apertio sexti sigilli, & sextus angelus tuba canēs, & sextæ phialæ effusio approprient sexto statui ecclesiæ tamen mala, p huiuscemodi sexenariū numerum significata, eueniēt etiā ante finem quinti status, in cuius fæce & calce iam sumus, cōcurrēte simul sexto statu. Calamitas quippe futura fiet in fine quinti status, & in excursu sexti status, quādoquidem sextum libri signaculū est apertum. Et in ecclesia orientali calamitas quodammodo censeatur esse consummata, tñ quoad ecclesiā occidentalem iam per tyrannidem Turcorum, aliorumve infidelium timetur in breui fore incipienda.

ʒ.ca.14.in princi.&.ʃ. eo.§.10 ʃ.c.49.§.11. ʃ.c.45.i pri.

Anto.3.par. histor.ti.22. ca.13.§.4.& sequentibus Thelosphorus.

IX § Refert præterea Thelosphorus, quod Merlinus & Dandalus expresse dicant, Franciscum, Dominicum, aliosq; ordinum mendicantium institutores fuisse in initio sexti status, & figurasse futuros pastores angelicos, qui infra describūtur. Hoc aūt ordine fieri reformationem ponūt: primo, frēs mendicātes, aliiq; religiosi, qui ad sustentandā ecclesiam in sexto statu electi erant, sed nunc deficiunt, ideo pro eorum excessibus punient & reformabunt. Deinde ecclesia rediet ad paupertatis integritatem. Nam tempore futuri angelici pastoris, & duorum suorum successorum, Romani pontifices sponte renuntiabūt omni dominio temporali, spiritualibus dūtaxat operam daturi. Tandem per cōcilium generale ordinabit, quod de cætero prælati, & clerus habeant solummodo victum & amictum, naturæq; necessaria, reiectis omibus pompis, delitijs, bonis vltra necessitatem superfluis in pauperum vsus distribuendis. Interim ecclesia in paupertate gloriabitur vsq; ad Antichristi aduentum. Hæc ex Thelosphoro.

ʃ.c.49.§.11. ʃ.c.60.§.4 ʒ.eo.§.4& ʃ.c.22.§.3 ʒ.eo.§.1.& ʃ.c.20.&.ʃ. c.60.§.9 ʒ.eo.§.2.& ʃ.c.41.§.3

Tho. opusc. 17.c.12.&.15

PostAn

X § Post Antichristum incipiet septimus ecclesiæ status, de quo dici est differendum vsque ad finem operis, donec partim completa fuerit materia circa præsentes quintum & sextum status colligenda. In quo quidem iam vtroque statu concurrente, ob immensa flagitia nostra, Diabolus censetur esse solutus ad immissiones malas, de qua solutione nunc sequitur.

¶ De ligatione & solutione diaboli. Ca.XVII.

Ligatio diaboli bifaria est: vna quoad seipsum, qua vinculis æternæ damnationis ligatus est, quia in suo libero arbitrio continuè ad malum obstinatus est, vinctus in mendicitate & ferro. De altera quoad homines diaboli ligatione loquitur dñs, dicens: Quis intrat in domum fortis, vt vasa eius eripiat, nisi prius alligauerit fortem. Super qua sententia Augustinus tenet, quod Christus diabolum alligaturus sit vsque ad magni Antichristi aduentum. Tamen malitia præsentis temporis videlicet quinti & sexti statuum (quos modo agimus) tam manifeste exprimitur in cantu quintæ & sextæ tubæ: in omnibus quoque quinarijs & senarijs Apocalypsis declarant tam arduæ calamitates ob nostra facinora in proximum futuræ, vt iamiam diabolus (cui à deo data est clauis abyssi) credatur esse solutus ad immissiones malas, tum ad tentandum nos vehementius, tum etiam ad tribulandum ecclesiam & eius membra crudelius. Sunt namque spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua, & in tempore consumptionis effundent virtutem & furorem eius, qui fecit illos, confundent.

I § Vbertinus arbitratur, quod licet diabolus semper fuerit princeps huius mundi, postquàm ei homo se peccando subdidit, tamen eiusdem diaboli potestas fuit ligata in aduentu, vel potius in morte Christi dicentis: Nunc princeps huius mundi ejicitur foras: nam cum fortis armatus, id est, diabolus custodit atrium suum in pace sunt ea quæ possidet: si autem fortior eo .s. Christus superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Princeps quidem huius mundi in Christo non habet quicquam. Hinc Augustinus ait: Domus Christi .i. ecclesia ædificatur de hominibus qui sunt eruti à diabolo, à quo captiui tenebantur. Hanc enim captiuitatem Christus captiuauit qui diabolum vicit. Et ne sua membra secum traheret in æternum supplicium cum prius iustitiæ, deinde potentiæ vinculis alligauit ipse Christus, qui educit vinctos in fortitudine. Et ascendens in altum cœpit captiuitatem, id est, diabolum. Considerandum autem est, quod diuina iustitia ordinat dæmones ceu lictores, vt animas in purgatorio crucient, in inferno æternaliter cathenent. In præsenti vero seculo reprobos, aut delitijs, aut supplicijs occupent: electos tentent atque molestent, in certamine victoriam, & deinde brauium beatitudinis reportaturos. Satanas præterea se in angelum lucis frequenter transfigurat, vt homines suo mendacio credant. Exemplo fuit Anthonius heremita, quem dominus permiserat à dæmonibus acriter diuexari, vt spectaret certamen viriliter dimicantis. Is quoque aliquando vidit diabolum corpore celsum, qui se dei virtutem & prouidentiam ausus erat nuncupare. An autem visio sit boni, an mali angeli, deus dat Catharinæ Senen. euidens signum, dicens: Cum diabolus visitat animam in forma lucis, eius primo aduentu anima hilarescit, successu deficit: ex angeli vero boni visitatione in primis contremiscit, sed successu securitatem sentit. Sic beata virgo ad ingressum angeli turbata est, sed hac turbatione animosior facta in montana, abijt.

II § Dum diabolus atrium suum, id est, terrenum orbem in pace sua possedit non solum ipse in mundo dominatus est, sed etiam sui satellites. Ex eo maligni homines frequenter in hoc seculo (quemadmodum in præsenti fit ecclesia) principatum obtinuerunt, bonosque subegerunt: sicuti Cain, Ismahel, & Esau, suos fratres, Abel, Isaac, & Iacob, sunt persecuti. Quando autem Christus liberauit nos à diaboli potestate, tunc ille non poterat sanctos patres in limbo vlterius detinere, nec illuc animas bene morientium perducere, nec impedire Gentium ad Deum verum conuersionem, vti prius à tempore Idololatriæ, vsque ad denuntiationem Euangelij fecerat. Christus etenim verbo spiritus immundos eiecit, atque eosdem eijciendi potestatem discipulis dedit. Et sic diabolus à tempore primi Ecclesiæ status,

[Left margin:] ſ.c.66. pro. / ĝ.eo.§.8.& ſ.c.17.ſ pri. / ſ.c.40.§.9 / Tho.1.pt.q 94.ar.2.dis. 7.q.1.art.2. & in de veri. ma.24 ar.10 / ĝ.c.16.in fi. & ſ.c.54.§.3 / ĝ.ca.14.§.9 & .13.&.ſ.c. 18.§.6.&.ſ. c.30.§.13 / ſ.c.40.§.4 / ĝ.ca.16.§.4 / &.ſ.ca.42. §.5. / ſ.ca.67.§.2. in fin. / ĝ.c.15.§.18. & ſ.c.56.§.8 / ſ.c.49.§.11 / ĝ.c.9.§.1.& ſ.c.18.§.7 / ſ.c.31.§.7 / Tho.4.dis. 21.q.1.art.1. q.2. / ſ.eo.§.6.& §.12.&.ſ.c. 39.§.3 / ſ.eo.§.5 / ĝ.c.2 §.7& ſ.eo.§.14 / Tho.3.pt.q 30.ar.3.ad 3. idem in postill.2.Cor. 11.lectio.3 / ĝ.ca.13.§.7 &.ſ.c.27.in princ. / ĝ.ca.15.§.33 &.ſ.eo.§.5. ſ.eod.§.3.in fine.

[Right margin:] Psalm.77 / Psalm.106 / Matth.12 / 20. de ciuit. dei.8. / Apo.9 / Psalm.77 / Eccl.39 / ĝ.ca.5.§.4. &.ſ.eo.§.25 & Ca.Senē. c.37.in fi. / Vbertinus / Iohā.12 / Lucæ.11 / Iohā.14. .15.de tri.19. / Ephe.4 / Psalm.67 / Cat.Senē. 57.&ca. &.81 / Tho.1.p. q.10.14.art. 1.&.2. / 2.Cor.11 / Cat.Sen. c. 71.& c.106. / Luc.1 / Lucæ.11 / Hiere.12 / Gen.4.&c. 21.&.27. / Coloss.1 / Mat.8.&10

ſtatus,vſq; ad quintum ſtatum, per merum donum diuinæ miſericordiæ pro ele-
ctis prædeſtinatis fuit ligatus,in quos ipſe pro ſua maliuolentia minus,quàm antea
vel poſtea,ꝑmittebatur ſæuire vel in peccata ꝓcipitare, prout nunc ſæpe contin-
git.Ideo dicitur Chriſtus morte ſua viciſſe diabolum, vt vinceret gentes infideles ꝯ.c.10.§.2
Apo.5.&.6 per prædicationem Apoſtolorum.

III § Ad hoc conducit Auguſtini ſententia dicentis,quod Chriſtus vitę me ꝯ.c.14.§.11.
diator à ſuis fidelibus foras miſit diabolum mortis mediatorem, vt in eis non re- &.ſ.ca.25.§
gnaret intrinſecus,& licet forinſecus eos oppugnet,tamen non expugnat. Chri- 14.
Matth.4 ſtus igitur ſeipſm tentandum præbuit,vt ad ſuperandas etiam tentationes media-
tor noſter eſſet,non ſolum per adiutorium,verumetiam per exemplum, per exte
riorem deniq; carnis dominicæ occiſionem poteſtas diaboli interior, qua nos te-
nebat occiſa eſt. Factũ eſt eñ vt vincula multoꝝ pctõrum in multis ſpiritualibus
mortibus ſoluerentur ꝑ vnicã corporalem mortem Chriſti:qui hmõi morte ſua
poteſtates aereas expoliauit,fiducialiter triumphãs eas in ſemetipſo. Vnde Paulus
Ephe.2 Cum eſſetis inquit mortui delictis & peccatis veſtris,in quibus aliqñ ambulaſtis ſe ſ.eo.§.12
cundũ ſeculum mundi huius,ſcd̃m principem ptãtis aeris huius ſpiritus qui nunc ſ.c.44.§.6.
operaẽ in filios diffidentiæ,in quibus & nos oẽs aliqñ conuerſati ſumus in deſide ſ.eo.§.9
rijs carnis noſtræ,facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natu- ꝯ.eo.§.2
raſ filij iræ ſicut & cæteri.q.d.Nunc autem ſumus liberati.

IIII § Similiter diabolus videẽ ligatus, quãdo ſuoꝝ membroꝝ, vtpote ho-
minum ꝑuerſoꝝ conatus coercentur ꝑ bonos & iuſtos mundi rectores,prioribus ꝯ.c.11.§.5.
quippe ſtatibus in eccleſia plerũq; maior poteſtas fuit bonoꝝ ꝙ maloꝝ hominũ, &.ſ.eo.§.18
quia hoꝝ princeps fuit ligatus,id eſt,ſua & ſuoꝝ poteſtas cõſtricta. Sic & in ſepti ſ.c.66.§.12.
Apo.20. mo eccleſiæ ſtatu fiet. Ob hoc Iohãnes vidit angelũ deſcendentẽ de cœlo,haben-
tem clauẽ abyſſi,& apphendit dracõẽ ſerpentẽ antiquũ,qui eſt diabolus & Sata-
nas,& ligauit eum ꝑ annos mille,& miſit eũ in abyſſum,& clauſit,ſignauitq; ſup il- ꝯ.c.6.i pri.
lum,vt non ſeducat amplius gẽtes,donec cõpleanẽ mille anni,hoc eſt, vſq; ad qn- &.ſ.eo.§.18
tum ſtatũ,quia tũc oportet eũ ſolui. Catena vero qua ligaẽ,eſt diuina poteſtas an- in princ.
gelis & iuſtis hoĩbus cõceſſa,qua ſupprimunt diabolicã malitiã. Per abyſſum autẽ
vbi diabolus claudiẽ,deſignaẽ profunda & ampla multitudo reproboꝝ,qui nituntẽ
confundere iuſtitiã,ſed nequeunt quãdo per bonos coercentur.

V § Modo aũt in qnto & ſexto ſtatibus potiores ſunt atq; plures ipſi ꝙ iu- ſ.c.40.§.2
ſ.c.25.§.12 ſti rectores,tam eccleſiaſtici ꝙ ſeculares, quoniã diabolus iam cenſeẽ eſſe ſolutus, ꝯ.eo.§.2.&
ꝯ.eo.§.1 quia magis quàm olim nunc ꝑmittiẽ ſæuire in innocentes & probos, quos etiã in ſ.eo.§.19.&
Prouer.24. medio huius vitæ curſu ad ꝑpetrãda pctã ſæpe allicit,vt in die ſepties,imò frequẽ ſ.c.43.§.13.
Matth.18 ter centies cadat iuſtus:ideo dominus non ſolum ſepties, ſed vſq; ſeptuageſies ſe- ꝯ.c.16.§.4.
Lucæ.17 pties peccãti dimitti iubet. in fine.&.ſ.
De pœ. diſ. VI § Porro dæmones ſunt humanæ naturæ hoſtes acerrimi, & aſtutiſſimi: eo.§.6
3.ſepties
Iob.41 quoꝝ violentiã & tyrãnidẽ ſi nõ refrenaret diuina bonitas,hoĩes funditus deper- ſ.c.29.i pri.
derent. Non eſt(vt ait Iob)ſup terrã poteſtas quę cõpareẽ ei qui factus eſt, vt nul- ꝯ.c.2.§.10.
g̃.eo.§.7.& subditis author ruinæ. Quamobrem is, quem crimen deprauat proprium, non
ſ.ca.23.§.14 potest intercessor fieri pro culpis aliorum. Scriptum est enim: Victimæ impio- Pro.15
3.q.7. in gra rum abominabiles domino sunt, & sanctorum ad deum orationes impediunt. 10.q.1.quia.
uibus, Ecce ipsi sacerdotes in grauibus peccatis positi, dum suis premuntur, aliena non
diluunt, sed potius maculant. Hinc beata Maria ad Birgittam ait: Ego iam sto su 4.Bir.78
per mundum cum oratione mea assidua ad meum charissimum filium, sicut ar-
ſ.c.29.§.6 cus, id est iris super nubes cœli, qui ad terram inclinari videtur cum vtroq; fine,
sic ad mundi habitatores me inclino, ad bonos vt stabiles sint, ad malos autem,
g̃.ca.18.§.6 vt conuertantur. Sed contra arcus claritatem surgunt horribiles & tetræ nubes,
& ſ.eod.§.8 vtpote clerici fornicarij, auari pecuniæ, & prodigi ad pompam mundi, quorum
& ſ.c.27 §9 peccata ascendunt ante dei conspectum contra orationem meam vti tetræ nu-
bes contra clarum arcum cœli. Et sic qui vnà mecum deum placare deberent ipsi
iram eius contra seipsos excitant.

VIII § Christus insuper apud Birgittam inquit: Tria facinora exercent 3.Birg.10
g̃.ca.20.§.9 ecclesiæ prouisores: In carne vitam meretricalem habent. Secundo sunt insatia-
& ſ.c.23.§.3 biles similes voragini maris ad cupiditatem pecuniæ. Tertio bona irrationabili-
ſ.c.38.§.9 ter & prodigaliter, sicut torrens in impetu suo aquam fundens, pro superbia lar-
giuntur. Quorum horribilia peccata in cœlum ascendunt ante conspectum dei
g̃.eo.§.7 contra orationem meam sicut tetræ nubes contra claritatem aeris. Et infra: Red 4.Birg.33.&
g̃.c.20.§.10 ditus ecclesiæ non dignis dei seruitoribus dantur, sed diaboli satellitibus, leoni- lib.6.c.66
& ſ.c.23.§.8 bus, fornicarijs, lusoribus, venatoribus, parasitis, & similibus. Et ita domus dei fa- Rod.spe.hu
cta est diabolo tributaria & homagiata. Et infra: Abbas extra monasteriũ mora- vi.li.2.c.12
ri non deberet, vt esset caput & speculũ religiosorum, sed est caput meretricũ, habẽs 6. memb.
spurios, deberet esse exemplum pauperum & distributor indigentium, sed de elee- Birg.ext.115
ſ.c.22.§.2 & mosyna ostendit se esse magnũ dominũ, quia potius inhabitat castrum q̃ clau- Th.22.q.10
§.3.in fi. strum, deberet esse doctor & pater fratrũ, sed est eis seductor & vitricus. Nã ipse 87.ar.7
in delicijs ac pompa ludit, dum illi afflicti murmurant tota die.

Ca Se.c.124 IX § Præterea deus maximus ad Catharinam Senensem inquit: Prælati Mat.5.luc.11
& ca.125.&. sunt veluti lucernæ super candelabrum positæ, ministratores veri solis in lumine g̃.ca.7.§.1.
127.& c.128 virtutis bonæq; vitæ, sed ipsi ministrant in tenebris, non intelligentes sacram g̃.c.19.§.5 &
g̃.ca.12.§.7 scripturam, nam vacui sapore diuino, replentur immunditia, inscitia, cupiditate, ſ.c.28.§.5
g̃.ca.18.§.6 curiositate & auaritia. Quo minus bona fronte subditos informare vel de crimi
De li. off. cõ nibus corrigere valent, obiecturi eisdem, Medice cura teipsum, postea mihi Luc.4
ditione.12 præbe medicinam, tu enim grauiore morbo laboras quàm ego, & me arguere Grego.in
g̃.eo.§.3.& contendis. Et infra: In eligendis prælatis non inquiritur de vita, honestate & hu pasto.
ſ.ca.22.§.7 militate promouendorum, sed de altitudine nobilitatis, vel ditionis, vel eloquen
tiæ, vel scientiæ mundanæ, quæ in prælato peruerso est sicut gladius in manu nau
tæ furiosi. Atqui communiter ad prælaturas intrant ambitiosi, symoniaci, aut
aliter vitiosi. In domo itaq; dei mendacium regnat, non veritas, non humilitas
ſ.c.21.§.5 & sed superbia, quæ est detestabilior in ministris Christi vsque ad mortem quon-
ſ.ca.23.§.11. dam humiliati. Item ecclesiarum rectores incumbunt inanibus temporalibus,
non doctrinæ veritatis, ad quam destinati sunt vt animas immortales curent in
g̃.c.20.§.8 domo orationis. Nempe ipsi spiritualiter mortui sepeliunt, id est inordinato af- Mat.8
fectu tractant mortalia, vtpote temporalia, quæ ad laicorum spectant officia, & Mat.21
ſ.ca.43.§.2 sic cũ symoniaca negotiatione & delicata ingluuie ex domo dei faciũt spelũcam Mar.11.
latronum & stabulum porcorum. Luc.19.

X § Prælati deniq; spiritualem paupertatem reijcientes, splendidas di-
uitias accumulare nitunt, vt apud mundum adipiscant honorem, apud deum con ğ.c.20.§.12
fusionem inuenturi. Aliqui autem se excusant, quasi temporalibus indigeant bo- &ſ.eo.§.14
Ioachim ab nis, qbus se aduersus rebelles muniāt. Contra quos Ioachim inuehit, dicens: Præ- &ſ.c.31.§.12
bas lati in suis aduersitatibus non ad arma, sed ad Christum recurrere debent, qui eos ğ.c.20.§.5.
liberaret ab omībus tribulationibus. Columba suo volatu non formidat volatū &ſ.c.39.§.6
aquilæ vel accipitris: sic ecclesia, si ad Christum recurrit, raptoris insultum mini-
mè formidabile habebit. Ecce quantis temporalium vanitatibus modo prælati &
sacerdotes laborant, natant super vacuitatibus, in comessationibus, cubilibus & im
Roma.13 pudicitijs, in contentione & æmulatione ambulāt. Et postquàm suos ventres im- ğ.c.20.§.9
pleuerint, æstimant se deo placere, ac eleemosynā sufficientem præstare, quando ſ.c.50.ī pri.
ex mensis suis fragmenta, seu reliquias, quæ porcis vel canibus debent, distribuunt
pauperibus. Quamuis talia Christus nō damnet, præcipit tamen sua membra de-
Prouer.3 centioribus foueri, vt pote frangi panem esurienti, & se de substantia dantis hono
Malach.1 rari: pauperibus quoq; dari de primitijs omnium frugum. Maledictus est enī do-
losus qui debile immolat domino. ſ.c.22.§.8.

XI § Ob prælatos profecto cupiditatem ecclesia pcussa est, vt vidua, & ğ.c.14.§.9.
Threñ.1 facta est sub tributo, quia principes eius facti sunt velut arietes, non inuenientes, &ſ.c.25.§.11
neq; quæritantes pascua spiritualia. Ideo in eos fertur sententia maledictionis, vt
Ezech.34 infra patebit. Aliā præterea contra eosdem cupidos prælatos deus p Prophetam ſ.c.38.§.7
Rodor.spe. terribilē fert sententiā. Inquit enī: Væ pastoribus Israhel, qui pascebāt semetipsos ſ.c.42.§.2
hu.vi.li.2.c. nónne greges, id est, subditi à pastoribus sunt pascēdi: lac, id est, temporalia, quæ
20.pulchre. vobis lactea sunt, comedebatis, & lanis, id est, mollibus operiebamini, & quod craſ
sum erat, occidebatis. Nam pastores pro sua cōcupiscentia multoties oues suas ad ſ.c.27.§.9
pctā trahūt: item quod infirmū fuit, prout est imperitū vulgus, nō consolidastis,
& quod ægrotū, id est, peccatis sauciatū erat, nō sanastis, scilicet cū doctrina salu-
tifera: & quod cōfractum est, id est, pplexum, nō obligastis, & quod abiectū, id est,
erroneum est, nō reduxistis, & quod perierat, puto p desperationem, vel nimiam
præsumptionem, nō quæsistis, sed cū austeritate imperabatis eis & cum potentia.
Et dispersæ sunt oues meæ, eo quòd nō esset pastor: propterea vos pastores audi-
te verbum dñi, hæc dicit dñs deus: Ecce ego ipse sup pastores, requirā gregem meū
de manu eoꝝ, & cessare faciā, vt vltra nō pascāt gregem meū, nec pascāt amplius ğ.c.19.§.15.
Hiere.50 pastores semetipsos. Ad idem dñs in Hieremia: Grex perditus factus est populus &ſ.c.39.§.4
meus, pastores eorum seduxerūt eos, feceruntq; vagari in montibus. Vnde ğ.c.20.§.14
ğ.eo.§.5 dñs apud Catharinā Seneñ. inquit: Pastores inutiles nō arcēt lupos ab ouibus, qa &ſ.c.23.§.6
De cane pa- non habent canem conscientiæ, neq; baculum iustitiæ: ideo oues in prato salutis ſ.c.41.§.1
storali. non pascunt, neq; in viam veritatis adigunt.

Cath.Senē. XII § Et nō solum egenos negligūt prælati (vt pmissum est) sed etiā quo
c.129. minus à delitijs retrahant, eisdē egenis sæpe iniuriant. Nā simplicibus subditis in ğ.ca.19.§.2
Lucæ.11. humeros onera grauia & importabilia frequēter imponūt, quæ ijdem plati ne di- &.ſ.c.23.in
Matth.23 gito qdem tangūt: siqdem pro leuibus causis aliqñ minorē, aliqñ maiorē cudunt fine.
excōicationem, suspensionē, interdictū, aliasve censuras, qbus à miseris suis oui- ğ.c.20.§.4
Rod.ibi.ğ. bus pecuniarias pœnas extorquēt in suā perniciē, ac in vilipendiū ecclesiasticæ di &.ſ.cap.27
1.Bir.56 sciplinæ. Vnde Chrus apud Birgittā dicit: Gladius ecclesiæ meæ abiectus est, & §.7
pro eo assumptus est saccus pecuniæ, ideo sentient iustitiam meam. ſ.c.31.§.14

XIII § Cæterum nonnulli prælati & pastores credunt se bona ecclesia-
stica vel à miseris subditis exactionata licite posse expendere in ędificia volunta-
ria, magis ad pompam, quàm ad necessitatem opportuna, in structuras autem ec-
clesiarum & dotium ruinam minantium nihil vel parum impendunt. De quibus
4.Regū.12 dicitur: Sacerdotes recipiunt pecuniam sanctorum in templum illatam, sed non ğ.c.15.§.30
Ioachim in instaurant sarta tecta templi. Contra illos Ioachim prorumpit in hæc verba. Ni-
li.cōcordiæ mirum si cleri domitor mittatur de cœlo, quia omnia mala veniunt ob culpam ğ.c.14.§.5.
cleri: nam populus Christianus ecclesias dotauit in pauperum alimentum, cul- &.ſ.c.38.in
tusq; diuini augmentum, non in constructiones arcium vel castrorum, non in cu- fine
mulandas diuitias, aut ditandos propinquos. Christus se obtulit occisoribus,

& tu de

& tu de pretio sanguinis eius extruis robotias ad bellandũ. Christus in infimo pse pro iacere voluit, tu in altis sedibus & turribus delectaris. Hinc p Prophetã dicit dñs: Isti ædificabũt, & ego destruã, & vocabunt termini impietatis. Malach.1

ſ.c.17.§.2. &.ſ.c.46.§. 4.& p totũ. ȝ.c.20§.14 &.ſ.c.25.isi. ȝ.c0.§.3.& ſ.c0.§.15.& ſ.c.35.§.2 ſ.c.40.§.4. ȝ.ca.13.§.7 &.ȝ.c.20.§ 8.&.ſ.ca.23 §.14. ȝ.c0.§10 et ſ.c.27.§.5 ſ.c.25.§.15 ȝ.c.4.§.3 ſ.c.29.§.2

XIIII § Mali itaq; pastores sunt vermes corrodẽtes radicem arboris ecclesiasticæ in proximo casuræ in fine, scilicet quinti status, vtpote in gemitu nẽi iam tpis. Ex quo eñ apud nos iamdudũ corrupta est euãgelica & ecclesiastica vita necesse erit, vt tandem nostra ecclesia, scilicet quoad dignitatem ecclesiasticam, æque cadat. Quod cœlestis aquila prophetauit, dicẽs: Et quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cœlo cecidisse in terrã. Sup quæ verba Vbertinus ait: Quis dubitat quin illa comminata ad nostra iam tpa referant. Saluator quoq; prædixit, stellas, id est, prælatos è cœlo casuros. Et Esaias inquit: Stellæ cœli non expandent lumen suum. Quippe cauda draconis trahit tertiã partem stellarũ, & mittit eas in terrã. Obtenebrant quidem stellæ caligine eius. Proinde pastores ceu ministri dei, angeli nuncupant, vt late exponitur apud Catharinam Senensem, cui vlterius dicit dominus: Patiẽtia mea sustinet sacerdotes, qui nisi se correxerint, vniuersæ gratiæ eis concessæ redundabunt in iudicium in confusionem sui, qui veluti obstinati dæmones meã contemnunt misericordiã. Et infra: O sacerdos, non attendis quod securis iustitiæ diuinæ iam ad radicem arboris vitę tuæ posita sit, hoc autem apertissime noueris, quoniam iniquitates tuæ suo tempore & loco, tibi cũ vsura compensabuntur, & grauius quàm cæteri punieris. Nempe pro te & tuis subditis pœnam lues.

4.Bir.43 Apo.9. Matth.24 ȝ.c.19.§.5 et ſ.c.55.§.11 Esa.13 Apo.12 Iob.3 Cath.Senẽ. c.119.& c.128 &.129 Matth.3 Lucæ.3.

XV § Ex præmissis apparet, nobis vehementer esse pauendum. Nam in prioribus ecclesiæ statibus clerici maxime prælati videbantur in ecclesia quasi in cœlo fulgens stella, quam Iohannes præuidit cecidisse in terrã, id est, in terrestrem cupiditatem, & data est ei clauis putei abyssi, id est, potestas aperiendi infernum profundum. Aperire ergo puteum abyssi in populo quinti status, est quando prælati in vitia ruentes peruerso exemplo, & malo regimine soluunt frenum carnalis concupiscentiæ, tam in se quàm in suis subditis. Quod quidem frenum prioribus temporibus per dei timorem, & sanam disciplinam rigidum, verboq; & exemplo bene gubernatum erat, nunc autem relaxatum est atq; disruptum. Vnde apud Birgittam sancti clamant ad dominum: Nos (inquiunt) videmus populum innumerabilem in periculis, procellis perire, quoniam gubernatores auidi sunt, illis terris iugiter applicare volentes, vbi sibi ipsis maius lucrum existimant prouenire, illuc se & pupulum ducentes, vbi horribiles sunt iactus vndarum, nesciente populo securitatis portum, & ob hoc misere periclitatur populus infinitus, nimis paucis venientibus ad bonum portum, qui esset aptus ad hyemandum. Ista enim non est tuta animarum nostrarum nauigatio. Oremus igitur Deum, vt deducat nos in portum voluntatis suæ.

Apo.9 / ȝ.c0.§.14 / ȝ.c.14.§.14 &.ſ.cap.23. §.13 / ſ.c.34.§.8 ȝ.c.19.§.8 / ȝ.c.19.§.14 &.ſ.22.§.2. infi.&.ſ.ca. 57.§.9 / ȝ.c.19.§.11 ſ.c.27.§.11 / 3.Bir.5 / Acto.28 Psalm.106

¶De peruersione religiosorũ & capitularium clericorũ. Ca.XXII.

ETsi omnes quondam Christiani propter humilitatis subitionem & Christianæ religionis obseruantiam vocabant religiosi, quia nihil est quod ita nequeat occasui subiacere, q̃ vera religio. Nã ipsa imperatores, reges, pontifices, ac alios sæpe humiliauit, qui delicate nutriti, bonis tẽporalibus potentissimi, ad asperitatem vitæ strictamq; paupertatem p religionis susceptionẽ commutati sunt. Et non solum suas possessiones & prędia, sed etiã semetipsos domino consecrarũt. Illi tamẽ hodie, qui approbatas religiones professi sunt, specialiter ac proprie religiosi censent, & ad regulariter viuendum astricti sunt. Equidẽ post primariã ecclesiæ institutionem ordinatus est status religiosorũ, præsertim mendicantium, ad subleuamen curatorũ, qui circa temporalium administrationẽ & secularium occupationem impediti, in actibus spiritualibus auxilio indigẽt religiosorũ. Qui ad inducendũ vitæ contemplatiuæ perfectionem, & ad obseruandum in specie primæuũ dei institutũ, quo oĩa sunt cõmunia, inceperunt in statu ecclesiæ quarto. Mendicãtes vere, qui quasi perfectiores, nec in specie, nec in com muni propria possident, inceperunt in initio status sexti, ad sustentãdum, scilicet, ecclesiam, quæ in statu quinto ruinam minabatur.

ſ.c.30.§.13 / C. de sum. tri. l. inter claras / ȝ.c.16.§.2 ȝ.c.8§.7 et ȝ.c.7.§.2 / .12.q.1. futuras / ȝ.c.21.i pri. ſ.c.32.§.8 / ȝ.c.13.i pri. / Dis.1. ius na tura / Tho.22.q. 10.88.ar.7

Nam &

3.Bir.17. I § Nam & si in clero primitiuæ ecclesiæ non fuerint religiones institutæ
tamen postquàm in ecclesia succreuit superbia, auaritia, luxuria, quæ acriter offen J.c.24.§.6
dunt deū, contra eadem crimina pro remedio vtendū fuit obedientia, pauperta-
Tho.opusc. te, & continētia. Siqdem malignitas diaboli supbiā, corruptio humanæ naturæ
19.c.1.&.22. incontinentiā, malitia singulorꝝ hoīm auaritiā in orbē terrarꝝ introduxit, quoniā
q.10.§.6.p iure diuino omnia erāt communia, meum autem & tuum malitia hominum ad- .12.q.1.dile-
totum inuenit. Contra ista tria mala superbiæ, auaritiæ, & luxuriæ, beata virgo apud Bir ctissimis
8.Bir.57 gittam nos docet tria ad placādum deū remedia, videlicet vsum honestarum ve- J.c.28.§.5
stium, eleemosynarum largitionem, ieiunia, sacrificia, atqꝫ orōnes. Sed quia non
omnibus datum est, illa remedia capere, & in mundo versari ac illas diabolicas im
missiones vsquequaqꝫ cauere, ideo pro remedio ecclesiæ firmo aduersus eadē tria g.c.17.§.9.
Tho.vbi s. mala, ex instinctu spiritus sancti plures ac diuersæ in ecclesia religiones sunt insti &J.c.33.§.7
q.10.§.9.ar.1 tutæ ac approbatæ, sub paribus tamen ac eisdem votis, vtpote obedientiæ, con-
tinentiæ, paupertatis. Quo triplici remedio aduersus præmissos tres insultus Ec-
clesia in suis membris vti ac frui solet.

Matth.19 II § Et si nemo adstringatur actualiter subire euangelica consilia, vtpote
Tho.vbi s. omnia temporalia relinquere, & Christum perfecte sequi sub religionis iugo: ta-
q.10.§.6.ar men semel suscepta obligat religio. In qua ceu secura nauicula, religiosæ personæ Quid vera
ticu.2 per fluctus huius seculi, vsque ad salutis portum nauigare valeant. In primis qui- religio
Cath.Senē. libet vere religiosus in sponsam ducere debet obedientiam, cuius soror est patiē-
c.157.&.ca. tia, nutrix humilitas, ancilla vilitas, & seruus sui contemptus. Plura denique reli-
158.&.159 gionis commoda enarrantur in dialogo Senensis Catharinæ.
Thom. vbi Summa vero religionis regula secundum Hugonem in hoc dependet, vt prælati Hugo. de s.
sta.art.5 custodiant subditos, subditi prælatis obediāt: deuoti sint senes, iuuenes quoqꝫ la- vict. de clau
Rodo. spe. boriosi, sit honestas in habitu, in victu mediocritas, sint in claustro assidui, & ad in- stro animæ.
hu.vi.lib.2. iuriā rari, non sint ciuiles, sed claustrales, sint intenti psalmis, nō causis, in claustris, g.c.21.§.8
ca.25. nō sit rumor, sed charitas: in capitulo non lites, sed confessio, in choro sit sacra sim J.c.23.i pri.
plicitas, circa altare reuerentię honestas. Tales olim fuerunt religiosi, in quibus spi
3.Bir.21 rabat dulcedo spiritus sancti diuiniqꝫ amoris. Qui quidem amoris calor hodie ex-
tinctus est, & faces iacēt dispersæ, ex se nō calorem, nec splendorem, sed fumū cu
piditatis & impuritatis dātes, vt hodie religionis nauicula, defectu religiosoꝝ, in g.c.21.§.15.
procellis periculose fluctuet, non quòd religiones, quæ à spiritu sancto sunt fun- &.J. ca.46.
Cath.Senē. datæ, in ordinibus, sed in transgressoribus deficiant. §.10.
ca.125 III § In modernis quippe religiosis, sui amore affectis, sub ouina cuculla J.eo.§.6
Rod.vbi sta lupū agentibus, dei charitas friget. Pleriqꝫ eñ fractis ieiunijs & omissis orōnibus J.eo.§.5
tim.c.26 neglectisqꝫ, omissis votis, monasteria sua deserūt, & mundanis negotijs se inuol- g.c.16.§.9
Tho.22.q. uunt cōtra ordinationem regulæ, contra dispositionem iuris scripti, & cōtra prę-
10.§.7.ar.20 cepta sacroꝝ conciliorꝝ. Neqꝫ fugitiui & vagabundi monachi perquiruntur & ad
Ne cle.l'.mo monasteria, vt ius præcipit, reuerti compellunt. Monasteria & loca consecrata,
secl'.neg.se. quasi fora publica & diuersoria communia, hodie patēt omnibus. Quocirca de hu
immis. cap. iusce peruersis religiosis in Birgitta vlterius dicitur: Qui sunt in monasterijs, vadūt
multa. in mundum pro supbia & cupiditate, habentes propriā voluntatem, facientes cor
De regulari poris sui delectamenta. Et infra: Est religiosus habitu, & professione monachus, J.c.23.§.1
bus c.fi. sed moribus apostata, dignitate sacerdos, sed seruus peccati: peregrinus fama, sed
2.Bir.7 intētione girouagus: Hierosolymitanus opinione, sed magis Babylonicus. Et in-
3.Bir.33 fra: Monachi raro monasticā ducūt vitā: de quoꝝ infamia boni molestantur, ma- g.c.14.§.8.
4.Bir.33. li peiorantur ex eorum mala conuersatione. Regulæ eorum mutatæ sunt in dete- &.J.eo.§.9
Rodori. vbi stabiles abusiones, & minime tenentur: plus gaudent de proprietate execrabili, q̄
s.c.27 de sancta paupertate. In summa quanto magis monachi pro suo voto præ alijs à
vitijs alieni esse debent, tanto plus versis retrorsum eorum animis, vitiosi existunt
mundano tumultu occupati, incontinentes, dissoluti, inquieti, per loca suspecta
discurrentes, vbiqꝫ euagantes, vt nisi ipsis æque odiosum sit, quemadmodum cella g.c.21.§.8
& claustrum, regula & religio.
Glo.in Me- IIII § In tractatu sup Methodio reperit, q̄ in religiosis vita contēplatiua
thodio arescit propter vanos huius seculi fluxus: multi eñ falsi religiosi vtriusqꝫ sexus for
nicātur

nicantur à deo ſuo, accumulant temporalia, beneficia etiam curata ſibiipſis incor
porando. Inde elati, pompoſi, ſimoniaci, raro canonice ſibi eligũt prælatos. Qui
ã.c.21.§.4. electi frequenter in luxum cadũt, finem in menſura rerum terrenarum ponentes: ſecu-
&.ſ.c.33.§.3 laria ſectant ac ſpiritualia prorſus poſtponũt. Quo fit, vt ſeculares poteſtates nũc
multa monaſteria, quæ ſunt pinguia, intercipiũt, pro ſuo libito gubernãt, in quibus
perpaucos monachos, vt plurimũ parum religioſos, diuina officia ſegniter & tepi-
de expediri faciũt, bona monaſterioꝝ & iura eccleſiaſtica in ſuos prophanos vſus
cõuertendo. Identidẽ cõmittũt plures potentes eccleſiaſtici ferme inutiles clerici,
vel apoſtatæ religioſi monaſteria occupãtes, ex eis prouẽtus percipientes, & curias
ã.ca.19.§.19 magnoꝝ principũ potius ſequentes, quàm eleemoſynam debite abſumentes.
ã.c.6.§.3 V § Et quãuis in ſexti ſtatus initio, quinto adhuc ſtatu durante, per ordinem Tho. 22. q.
mendicantiũ, ſuis doctrinis & cõtionibus, euãgelicus ſtatus in eccleſia eſt plurimũ 10.§.7. ar.1.
ſuſtentatus, tñ frẽs mendicãtes his temporibus circa profeſſiones ſuas multũ deficiunt. & opuſcu.19
Nempe quemadmodũ olim ſynagoga tanquam religione eximios habuit phariſæos: c.2.&.4
aduerſus quos Chriſtus in euãgelio ſæpius & acriter inuehit: ita nimirum hodie eccle
ſia cenſet habere frẽs mendicãtes, quibus ferme oĩa à Chriſto de phariſæis dicta
ã.eo.§.3.in conueniũt, potiſſimè ſequentia. Attendite & cauete à fermento phariſæoꝝ, quod
princ. eſt hypocriſis. Et rurſum: Attendite à falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſti Mar.9
mentis ouiũ, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. Mendicãtes quidã, vellere ouicula Lucæ.12
rum amicti, ceu lupi fraudes, inſidias ac rapinas ſub hypocriſi committũt, vitæ au Matth.7.
ſteritatem, & humilem ſimplicitatem ſimulãt ſpecie exteriori, intus vero exquiſi-
tis delitiis exuberant, ventri ſeruiũt, ſuauibus verbis dulcia dona ex hoibus ſugũt,
peculiare cõmodũ frequenter quærẽtes, vt de eis illud verificet ſaluatoris eloquiũ.
ã.c.15.§.46 Væ vobis phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt, intus aũt pleni eſtis rapi Matth.23
nã & immũditia. Item ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis quæ à foris apparent hoi-
bus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ & omni ſpurcitia. Sic & vos
foris quidem apparetis hoibus iuſti, intus aũt pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Vnde
Vbertinus exiſtimat, corruptionẽ eorundẽ ordinũ mendicantiũ ſpectare ad vlti- Vbertinus
ã.c.14.§.31 ma feculenta ſexti ſtatus, quãdo ſpiritus Ieſu Chriſti penitus illudet & deſpicietur.
&ſ.c.23§.12 Idem quoque ait: quod illi mendicãtes perſi deſignantur per locuſtas de puteo abyſſi
ã.c.14.§.10 exeuntes, quia ipſi ſunt ſcurriles, leues, volatiles, carnales, rodentes ſacras literas vi
&ſ.c.23.§.7 rides, paganicæ philoſophiæ ſequaces, quaſi equi currentes, ſic illi in vanã diſputa Apo.19
ã.c.18.§.11. tionem. Vincentius de fratribus mendicãtibus inquit: quod nec viã, nec vota, nec cæ
Vincentius rimonias obſeruãt. Imò peiores quàm cæteri ſunt Chriſtiani, malum exemplũ præben ſ.eo.§.10
ã.eo.§.2.& tes, & contra ſuã regulam nimium exorbitantes. Ecce religioſi, qui olim in obſer
ſ.c.44.§.6. uantia regulari erant via ſaluationis, nunc ſunt via perditionis.
ſ.c.23.§.14. VI § Proinde altiſſimus apud Cath. Seneñ. inquit: Religioſi collocati ſunt Cath. Senẽ.
&.§.15 in religione velut angeli: ſed quàm plurimi ſunt dæmonibus deteriores. Electi ſunt ad c.125.
annuntiãdum verbũ dei in doctrina pariter & vita. Ipſi aũt contiones ſuas potius
ã.c.18.§.10 ad auditoꝝ oſtentationẽ, quàm ad dei laudẽ, vel proximi ſalutẽ cũ facundia mundana
cõponere ſtudẽt. In pluribus denique iniquis modo deprehenduntur exceſſibus ibidem
enumeratis, vbi ſequitur: Religioſi facti ſunt arma diaboli, corrumpẽtes religionem
intus in ſe & fratribus, ac extra circa ſeculares: propria poſſidere nituntur, aliaque plu
ã.eo.§.2.in ra in cõuenientia cõmittũt, ibi expreſſa & preſenti tempore obuiãtia religionibus. Quæ li-
fin.&.ſ.c.23 cet fint in ſe bonæ, & inſtinctu ſpũs ſancti inchoatæ, tamen religionũ membra fre
§.8 quẽter ſunt putrida, intantũ vt à trãſgreſſoribus irrideantur humiles ſui ordinis ob-
ſ.c.24.§.1 ſeruatores, veſtigia maleuoloꝝ ſequi recuſantes. Hæc ex Catha. Seneñ.
ſ.c.27.§.11 VII § Præterea in eccleſiis tam cathedralibus quàm conuentualibus innumera
ſ.eo.§.8 committi ſolent ſcandala: vbi hodie plerũque fæces mundi eccleſiaſticis guberna-
ã.c.21§.9 et culis præficiuntur, vtpote quibus mundus vti vel frui nequit. Nam potentum & no
ſ.c.23.§.2 bilium geniti intruduntur, dignitatibusque eccleſiaſticis potiuntur, quibus multoties .20. morali-
ſ.c.26.§.13 ſeniores atque in gradu digniores ſubiiciuntur, vt modo verificata cenſeatur illa Grego um.78
ã.c.20.§.2. rii ſententia, dicentis: Sæpe conſpicimus ſapientes ſubeſſe, ſtultos vero arcem do Eccl's.10
&.ſ.cap.25. mini tenere, ſapientes ſeruiliter obſequi, ſtultos aũt tyrãnica elatiõe dñari. Abſur- C. de leg. tu.
§.11 dum quippe eſt, vt alios regat, qui ſeipſum regere neſcit. Sed hodie tumultuantur l. fin.
pueri

Esaiæ.3 pueri contra senes. Pensate rogo, ꝙ iniquū est, iuuenes dominari, senes famulari, J.c.24.§.2
minores gradu preesse, presbyteros subesse: ignaros ardua discutere, prudentes lo
Amos.5. qui non audere, Iam venit tempus illud malum in quo (vt prophetatum est) pru- g̃.c.18.§.7.
dens tacebit. Hoc meretur ingratitudo nostra erga deum, qui multiplicat filios ho &J.c.35.§.4
Psalm̃.11 minum secundum altitudinem suam, id est, in locum potestatis ecclesiasticæ fili-
os hominum constituit, filijs dei suppressis.

VIII § Item vt plurimū qui defectuosiores inter filios nobilium apparent, g̃.eo.§.7
Deute.15 clericali statui adijciunt, quasi mundo inutiles, licet deo execrabiles: siquidem con g̃.c.21.§.10
Malach.1 tra dei præceptum ecclesiis & monasterijs offerunt, aut claudi, aut cæci, aut in ali- in fine
Leui.21 qua parte deformes & debiles. Hinc contingit legem frangi, quæ prohibet, ne cæ J.c.31.§.2
Dist.49.ca. cus, vel claudus, vel torto naso, vel fracto pede, seu manu, vel gibbus, vel lippus,
huic etenim vel albuginem habēs in oculo, vel iugiter scabiosus, vel impetiguosus, vel hernio-
sus, aut quispiā alius maculā habēs, accedat offerre hostias deo. Quales sæpenume
ro nobiles in monasterijs alijsve ecclesiis apparent. Ecclesiastici insuper de nobi-
libus progeniti naturali appetitu, & germinis inclinatione plus sequunt secularia,
quàm spiritualia: quando enim regulā & prosapiam mutuo luctari contingit ne- J.c.23.§.2 &
cesse est, ecclesiasticam succumbere regulam. J.c.26.§.7

IX § Cæterū Canonici cum regulares, tum seculares inter se sectas faciunt,
De his Ro- discordias nutriunt, alius supra alios prælaturas ambit, nouas inuentiones excogi g̃.eo.§.3.&
do. spe.hu. tant, quas loco legitimorū statutorū obseruant. Nam quicquid in collegijs & capi- J.c.43.§.13.
vi.li.2.c.19 tulis statuit, cōmuniter magis sapit peculiare commodū, quàm dei honorem, vel
Christianā rempublicā. Vna inter reliquas abusiones subsannāda apparet, ac mē
De simo.ca. talem simoniā sapit, ꝙd ad interessendum diuinis Canonici non charitate dei in-
tua. ducuntur, sed per pecuniā, quam præsentiā vocant, singulis presentibus distribu- g̃.c.17.§.19.
Tho.quod- endam, alliciuntur. Quæ quidem distributio non fit clericis in ecclesia occupatis, &J.c.27.§.6
li.8.art.11. sed ociosis tanquàm dignioribus Canonicis. Qui licet à canendo nuncupent Ca- J.c.23.§.7.
nonici, nomine tamen in ecclesia canunt.

X § Quid dicā (nescio) de quibusdā Canonicis, quodam regularibus & ex- J.c.23.§.5
1.Cor.7 imiæ ecclesiæ professis, qui erubuerunt esse religiosi, atq; permanere in ea vocati- g̃.c.20.§.12
Matth.11 ne in qua vocati fuerāt: ipsis etat obedientia onerosa, continentia rara, paupertas
pecuniosa, necnon suaue & leue dei iugum erat ipsis amarū & graue. Ideo liberta-
tem affectarunt, accumulantes censum præbendarū, quo competentio esset volu
ptatū licentia, ac amplior delitiarū copia. Infra cuiusdā iniquæ intrusionis machi-
nationem impetrarūt pro se non regulæ (quā prius perperā obseruarāt) mitigatio
nem, sed extinctionem: mores religionis loquentes, nefastos honores quæritātes
se habitu honestatis exuentes, & vestem vanitatis assumentes, truncatis superpelli J.c.23.§12
cijs in choro stantes, vt nescias, an sint patres, an bacchātes. Siqdem narrata & pro J.c.64.§.6
posita fuerūt vera & rōnabilia, tūc nec dispensans, nec dispensati reprehēdent in
diuino iudicio. Præsupponūt forte quod sicut suscepta religio bene obseruata, di J.c.29.ĩ pri.
rigit ad vitæ pfectionem, sic neglecta religio præcipitat puersos religiosos in dā-
Eccl's.5 nationem quos tutius fuerat in seculo pmāsse: quia displicet deo stulta & infidelis
Dis.47.quā promissio, quæ indiscrete sumit, & male obseruat: notat nāq; Augustinus, se non g̃.eo.§.5
tumlibet peiores reperisse ꝙ eos qui religionibus defecerunt.
Rodo.vt g̃. XI § At vehementius formidandū est, ne pristinæ religionis abiectio & sa-
cap.27 cri status mutatio fit inceptio interitus rei inibi ecclesiasticæ, vel iræ vergat eidem J.c.36.§.5
insigni ecclesię, suisq; indigenis in maius detrimentū. Ne quoq; patres simul & po
pulus pereat, & illud contingat quod apud Birgittā de similibus Canonicis Chri J.c.31.§.9.
stus narrat: Auerti oculos meos ab hoc loco propter iniquitatē inhabitantium, si-
6.Bir.5 cut primi fundatores festinabāt de virtute in virtutem ascendere, sic nūc isti mo- g̃.c.14.§.1.
Psalm̃.83 derni de malo in malum descendūt, quilibet alium, vtpote in publicis stationibus, in fi.& J.ca.
vel in festiuis processionibus, præire curat & gloriat de peccato. Sed vsq; quo pec 25.§.13. g̃.c.
Psalm̃.51 catores gloriabunt. Rursus Birgitta: Caput eorū, id est, intentio elata cornibus ar- 21.§.1. & J.
Psalm̃.93 rogantiæ & præsumptionis, abscindet ab eis iudicio meo seuero, quod est gladius c.23.ĩ pri.&
J.ca.29.§.7. acutissimus, Caro eorū voluptati dedita, igne concremabit absq; misericordia: J.c.43.§.12.
6.Bir.5 plagabuntur à dæmonibus, & non sit affectio praua, pro qua non punientur. Ideo J.c.35.§.12

dum ad-

dum adhuc tempus eſt, caput eorum, id eſt, voluntas diſtorta & ſuperba deponatur ad humilitatem, pellis ſimplicitatis aſſumať, caro à voluptatibus refreneť, inteſtina, id eſt, cogitationes ſaneť per pœnitentiã, ne iuſtitiã ab eis ſcđm merita eoꝝ celerem exigã. Ponã eis cuſtodes qui terrã voluptatis eoꝝ redigẽt in ſeruitutem, & dabiť eis panis in menſura, & præ paucitate munerabunť, quaſi diceret: Cibabit eos pane lachrymaꝝ, & potum dabo eis in lachrymis in menſura. Et infra: Niſi emẽdauerit, permittã eos modico tpe incedere ꝑ viam volũtatis ſuæ: deinde ducã eos per viã ſimilem ſpinis & punctionibus acutiſſimis. Quod miſericordiſſimus deus auertat à familia ſua, & ad miſerendũ ſimplicium flectetur precibus matris ſuæglorioſæ, ſanctorumq́ꝫ illius eccleſiæ patronorum.

ḡ.c.5.§.7 & ḡ.ca.13.§.2. & ſ.c.27 §.4 ſ.ca.30.§.12 ḡ.c.19.§.9.

Eſa.10 Pſalm̃.79 6. Bar.7

XII § Tandem de moribus monialiũ peruerſis, nõ audeo, imò pudeo, quæ ſuſpicor, dicere, ne meis verbis quempiã virginũ deo dicataꝝ cœtũ reddã ſuſpectum, attamen pro cõpletione huius capituli, iſtũ quoqꝫ gradũ paucis attingere conor. Sunt nanqꝫ nonnulla monialium monaſteria, è quibus profeſſas iuxta regulæ tenorem nunq̃ exire vel quempiã introire decet, adeo propatula vt ipſa loca Veneris proſtibulo ſint ſimiliora q̃ dei ſacrario: hinc procacitas, ſtuprũ, inceſtus mulieꝝ ſacrataꝝ, hinc quoqꝫ verenda ſcandala & offendicula oriuntur q̃ plurima quæ ſingula recenſere iam nolo.

De vi. & ho. cle. c. monaſteria

31.q.2. diffinimus.

¶ De criminibus communis cleri. Ca. XXIII.

Coloſſ.3

QVales oporteat eſſe clericos docet Apoſtolus, dicens: Induite vos ſicut electi dei ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, modeſtiã, patientiã: ſup om̃ia autẽ charitatẽ habete, quod eſt vinculum ꝑfectionis, & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, & grati eſtote, verbũ Chriſti habitet in vobis abundãter, in om̃i ſapiã, docẽtes & commonentes voſmetipſos in pſalmis, hymnis, & cãticis ſpiritualibus. Tales apud Cath. Seneñ. narranť olim fuiſſe ſacerdotes, quos amor ſui nõ obfuſcauit, ſed lumine rõnis cognouerũt deũ, cui dederũt honorẽ, proximo obſequiũ, execrati vitia, ſecuti virtutes, de ſemetipſis iuſtitiã fecerunt, ideo ſubditis ſalutem procurare, & iuſtitiã adminiſtrare valuerũt ceu boni paſtores, prædicãdo, arguẽdo, ſpinas vitioꝝ euellendo, flores virtutũ ſeminãdo, pauperes charitatiue ſubleuãdo, exhibebãt ſe ſubditos ſuoꝝ ſubditoꝝ, ac in eccleſia infimos. Proinde præconis officium ſuſcipit quiſquis ad ſacerdotiũ accedit, vt ante aduentũ iudicis, qui terribiliter ſequiť, ipſe clamãdo gradiatur, & fortis ſit contra eccleſiæ tyrãnos, grã ſpiritus ſancti ſuffultus. Porro Vincẽtius ait: Clerici debẽt eſſe turres populi defendẽtes ciuitatẽ, id eſt eccleſiã, prædicãdo & ſacramenta miniſtrãdo. Sunt etiã muri, orãdo & bona exempla ſalubremq́ꝫ doctrinã præſtando, vt in retibus fidei homines deo ꝑſentent, quos Chriſtus fecit piſcatores hominum.

Cath. Señ. c 113. & c. 130.

Greg. in paſtorali. c. 15. Vincẽti⁹ de ſi. mun.

ſ.c.54.§.8 ſ.c.26.§.11 ſ.c.39.§.3 ḡ.c.22.§.2 ḡ.c.19.§.9 ḡ.c.22.§.11. & ſ.c.26.§.9 ſ.eo.§.1.

Matth.4 Cath. Senẽ. c.132.

I § Sacerdotes aũt hodie nõ piſcanť hoĩes, ſed honores: vnde in Cat. ſequiť: Moderni & infelices clerici tpalibus incũbentes, ob eoꝝ malitiã luce diuina priuati, ſeipſos amãt, dei & proximi dilectionẽ negligũt, deteriores ſunt ſecularibus, q̃s vna ſecũ perdũt: ſanguinẽ & lac ſugũt ex medulla eccleſiæ, vt ipſa palleat: affectum nempe charitatis, qua eccleſiã afficere deberẽt, ad ſemetipſos retorquẽt. Ab ea em̃ eliciunt beneficia, penſiones, cenſus, & cetera: delitijs & flagitijs dediti, ſalutem & curã membroꝝ eccleſiæ, id eſt, animaꝝ Chriſtifideliũ negligũt. Ob eiuſmodi reproboꝝ clericoꝝ vitã, ſeculares veniũt ad inobedientiã & irreuerentiã eccleſiæ. Quinimo ſeducunť à cæcis ducibus, q proh pudor ſunt ignari idiotę, ꝑſumptuoſi, hypocritę auari, ſimoniaci, luxurioſi, inuidi, tardi ad bonã opa, proni ad mala, poſt tpalia currẽtes, deberẽt eſſe lapides tẽpli: ſed dicunť diſperſi lapides ſanctuarij, id eſt, eccleſiæ in capite oĩm plateaꝝ. Nã ſacerdotes, qui cõtra dęmones eccleſiã defendere deberẽt cũ exercitio ſpiritualiũ, ſunt diſperſi in plateis huius mũdi, ignorantes ſpiritualia, ſequẽtes carnalia. Vbinã hodie eſt clericoꝝ decor continẽtię in geſtu, victu, veſtitu, & riſu: In cõuiuijs, tabernis, ludis, & theatris, vbiqꝫ vagantes crebrius reperiunť, q̃ in locis deo dicatis. Quàm ꝑnicioſa aũt & impertinẽs ſit vniuerſali eccleſiæ clericoꝝ ſcurrilitas, ignorãtia, fornicatio, ſimonia, aliaq́ꝫ crimina, quibus modo totus penè clerus eſt infectus, nemo ambigit.

Matth.15. & Lucæ.6. Threno.4

De vi. & ho. cle. per totũ De coha. cl. & mu. ꝑ to. Ephe.5

ḡ.c.19.§.20 & ſ.c.25.§.11. & ſ.c.47 §.7 ḡ.c.18.§.14 & ḡ.c.22 §.5 & ſ.c.26.§.5 ḡ.c.21.§.2. & ſ.eo.§.4 ḡ.c.19.§.6. & ſ.eo.§.13 ḡ.c.18.§.9. & ſ.c.25.§.8 ḡ.c.10.§.1. ḡ.ca.19.§.9 & ſ.eo.§.14 & ſ.c.38. in princ. ḡ.eo. in pri. ſ.c.49.§.21.

II § Hic defectus ex eo potissimũ euenit, q̃ principes tum ecclesiastici, tũ
seculares frequẽter suscipiũt, & ad beneficia sui iurispatronatus præsentare solẽt ḡ.c.22.§.7
Tho. q̃dli. 4 suos vel amicos suoꝝ necessarios, & eos q nihil sacerdotio dignũ, sed animas ad &ʃ.c.26.§.
ar.15.& q̃dli venãdum crudeles, & ad eõuiuãdum cupidos habent. Rursus beneficia ecclesia- 15.
5.arti.23.& stica nõ syncera electione: sed muneribus, precibus, fauoribus ac psonarum ac- ḡ.c.22.§.8.
q̃dli.6.ar.6. ceptionibus frequenter conferũtur: accipere autem personam impij non est bo- &ʃ.c.26.§8
Prouer.18 num, neq; habemus fidem Christi in psonarum acceptione. Episcopi quoq; nõ ḡ.c.21.§.3
Iaco.2.i pr. attẽdũt neq; cõsiderãt abilitatẽ promouẽdorum, sed ipsi amore tẽporalium vel
negligẽtia spiritualiũ tales indignos beneficiatos admittũt absq; oĩ delectu &
debita examinatiõe instituũt, in magnã indignationẽ oĩpotẽtis dei, cui distri-
Di.36.&37. ctam ob hoc reddẽt rationẽ, qm cõtra canonũ dispositionẽ huiusmodi ignaros
& di.38.p to indignosq; promouent. Qui magis rustica ministeria, mercantias, piscationes ḡ.c.21.§.4.
aliave seruilia opa & secularia negotia, q̃ ecclesiastica officia, exercere callent. In in fi.&ʃ.eo.
2.Timo.2. quibus se inuoluũt cõtra apostoli doctrinã inquiẽtis: Nemo militãs deo implicat §.4.&ʃ.ca.
Roma.12 se negotijs secularibus. Itẽ: Exhibeatis corpa vestra hostiã viuẽtem, deo placẽ- 38.§.4
tem, rationabile obsequiũ vestrũ, & nolite cõformari huic seculo. ḡ.c.20.§.8.
III § Sed ipsi clerici ignorãt diiudicare sacramẽta dei, multa in ministran- &ʃ.c.38.§.9
dis sacramẽtis cõmittũt scandala, maxime in temeraria & indigna ptractione & ʃ.eo.§.4
celebratione diuinissimi eucharistiæ sacramenti, laicis in scãdalum & sibi ipsis in ḡ.c.17.§.19
1.Corint.11 graue iudicium & cõdemnationẽ. Hic taxatur indigna sacramẽti ptractatio, nõ &ʃ.eo.§.6.
Dist.38.q̃n. crebra missæ celebratio, quæ cedit deo in laudem, ecclesiæ triumphãti in hono- ʃ.eo.§.8.in
rem, militãti in commodũ, & pœnitẽti in refrigeriũ. Quamobrem nõ est (vt q- fi.
dam opinãtur) sacerdoti obmittendũ quotidie celebrare missam: cuius efficacia
est infinita nullo numero dimetiẽda, ceu saluberrima medicina, quæ semper cõ-
ducit, etiam si creberrime, dummodo iuxta medici cõsiliũ vtpote digne sumit.
Proinde canon ait: q; per ignorãtiam sacerdotũ in diuinis sacramentis Christus
Esaiæ.56 offenditur. Hinc Esaias: Speculatores eius oẽs cæci nesciẽrũt vniuersi, canes mu-
Hiere.2. ti nõ valẽtes latrare, videntes vana, dormiẽtes & amãtes somnia & canes impudẽ
ʃ.ca.39.§.4. tissimi, nescierunt saturitatẽ. Hic notat auaritiã cleri. Seqtur in Esaia: Ipsi pasto- ḡ.c.18.§.5.
res ignorauerũt intelligẽtiã: oẽs in viã suã declinauerũt. Item in Hieremia: Sa- ʃ.eo.§.11.&
cerdotes tenẽtes leges, nescierũt me, & pastores præuaricati sunt in me dicit dñs: ḡ.c.21.§.5.
propterea iudicio contendã vobiscum. &ʃ.c.43.§.
IIII § Animarũ itaq; salus negligitur nõ solũ per ignaros (vt præmittitur) 10.
qui præesse nesciũt, sed etiam per doctos qui præesse nolunt, & in vinea domini ḡ.c.21.§.8.
nil boni operãtur vel orando vel pdicando vel sacramẽta ministrando, qui dũ- &ʃ.eo.§.9.
taxat stipendia ex beneficijs quærunt & extorquent, labores pauperum deuorãt, ḡ.eo.§.3.&
Iohan.10 populi peccata comedunt, suas oues nõ cognoscũt: neq; honorem sanctaꝝ neq; ʃ.c.32.§.18.
ecclesiarum procurant: valorem autem prouẽtuum subtiliter ponderant: sua be- ḡ.eo.§.1.&
neficia alienis præsbyteris aliquoties idiotis, in sola re domestica circa curam ve ʃ.eo.§.11
ro animarum nil aut parum peritis, tanq̃ mercenarijs locant: & qui eorum ma- ḡ.eo.§.2 &
iõrem pensionis censum offert, alterꝝ supplantat. Talia & similia beneficiati non ḡ.c.21.§.4.
solũ cõtra institutionẽ ecclesiæ faciũt, sed etiã cõtra salutẽ animaꝝ, qa dũ regimi
Ne pla. vi- na ecclesiarum sub annuo cẽsu & venali mercede committũtur, ad æternæ retri-
ces su.c.q̃m. butionis præmium consideratio nõ habetur.
V § Plura præterea beneficia, etiã quæ ipsi incompatibilia vocitãt, puerse ḡ.c.20.§.3.
simul occupãt. Ecce quod ius vel natura simul cõsistere nõ patitur, quia est incõ-
patibile, malitia cleri conglutinat. Quinetiam nonnulli gloriantur plures obti- ḡ.c.19.§.19.
q̃dli.8.ar.13. nuisse præbendas, quibus censum accumulare & suam pompam ostentare vale-
q̃dli.9.ar.15. ant. Quam vitiosa sit, & diuinæ iustitiæ cõtraria beneficioꝝ pluralitas, lege Tho-
q̃dli.8.ar.13. mam de Aquino in suis quodlibetis: Præcipit quidam canon quòd nullus præs-
q̃dli.9.ar.15. byter duas habeat ecclesias, ne dum plures. Satis enim incongruum est, cũ vnum
16.q.7.p lai. beneficium ex pluribus pro sui magnitudine diligenter quis explere nequeat, q̃
16.q.1.pl fos ad vtrũq; videatur idoneus: siquidẽ nemo duobus dñis seruire potest. Vnusq̃sq;
Matt.6 igitur, secũdum apostolicam vocem, in quo vocatus est, in hoc manere, & in vna ʃ.ca.38.§.9.
21.q.1.c.1 ecclesia locari decet. Gerson quoque exclamando quærit: vbi est, quòd clerici in ḡ.c.22.§.10
duabus

duabus ciuitatibus vel diocœsibus præbendas non habent? Quid, ꝙ vnus interdũ indoctus tenet multa & magna beneficia, quibus octo viri, doctrinis & virtutibus satis imbuti digne sustentarentur, vnus censum pluriũ beneficioꝝ solus vorat, cuius locum tenentes pro sui educatione nouũ quæstũ symoniace inuestigãt pro absolutione sacramentali, ac pro quibusdam alijs spũalibus actibus, nullo iustitiæ prætextu emolumenta tẽporalia exigunt. Pecuniã (quã remediũ nuncupant) e cadaueribus mortuoꝝ exenterant, ac tollunt pelles & carnẽ eoꝝ desuper ossibus eoꝝ. Superflui reuera ordinantur sacerdotes, & tamẽ deficere vident, quasi propter clericoꝝ penuriam, seu ecclesiaꝝ multitudinem, seu propter inopiam hominum vnus plura beneficia expedire cogatur.

VI § Ob clericoꝝ ergo cupiditatem, in plebe Christiana animaꝝ cura misere perit. Non enim debent, se ipsis absentibus aut negligentibus, pati, vt lupi rapaces rapiant oues, dummodo ab eis temporanea commoda percipere habent. In eis quippe euangelica verificatur sententia: Malus pastor videt lupũ venientem & dimittit oues & fugit, quia mercenarius, & ad eum nõ spectat de ouibus. Quarum curam illi auidi curatores non exercent, sed potius in eis scandalizant. Heus q̃ perperam clerici hodie rapiunt Christum & eius patrimoniũ. Vnde quidam ait: Vbi aliquid de sacerdotum marsupio defraudatum, vel de eorum cẽsu diminutum fuerit, vndiq; clamatur opprimi ecclesiam, vbi autem improba sacerdotũ vita multa animaꝝ millia ad exitiũ pertrahuntur, ibi nemo deplorat vicem ecclesiæ, quæ tamen vere iam affligitur.

VII § Diuinum deniq; officium negligenter exequi solent clerici ac nimis breuiter. Consonũ certe nomen inditum est, vt à breui orandi more, diuini officij codices Breuiaria nuncupentur. Concitato em̃ & prærupto oris motu clerici orantes feruntur cũ confusa labiorum festinatione & titubatione, ac magis murmurare q̃ orare videntur, vt nec ipsi quid orent intelligant, nec astantes audiant, ac perinde eos deus non exaudiat. Porrò licet debitæ clericoꝝ orationes à canendo dicant horæ canonicæ, raro tñ cantu vel hora cõstituta persoluunt. Quinimò absq; omni attentione & æstuatione, sed cũ festinatione (vt dixi) proferũtur, hoc modo orantes clericos Vbertinus æquiparat locustis, quoꝝ alaꝝ vox erat sicut vox curruũ equoꝝ multoꝝ currentiũ in bellũ, ita sonitus clericoꝝ, diuinas horas persoluentiũ, est sicut vox curruũ equoꝝ, quia adeo tumultuose & confuse easdẽ horas percursitant ac si finem horaꝝ conarẽtur expugnare, qm̃ potius videtur rumor curruũ perturbantiũ, q̃ cantus vel deuota prolatio. Ad prouocãdũ em̃ cœlestes dulcores talibus orationibus anima non dulcoratur.

VIII § Cæterum sacerdotes frequenter fornicationibus coinquinantur, maxime curati sordescunt in concubinatu adeo manifesto quod nulla tergiuersatione celari possit. Et quamuis ipsi concubinarij sint ab officio suspensi, tamen à celebratione missarum alijsve actibus ecclesiasticis nequaquam abstinent, quin diuinis se continuo immisceant, ob hoc irregularitatem incurrentes. Vendunt itaq; luxuriosi clerici, & adulterant verbum veritatis amore pecuniæ, & desiderio temporalium, qui se carnis concupiscentijs manciparunt, ideo ob lasciuiæ immunditiam aliquando celeriter ruituri. Verumetiam subtrahunt sacerdotes aurum & argentum ecclesię, & erogant illud in semetipsis, dant ex ipso prostitutis, & meretrices ornant. De illis in Birgitta reuelatur istud præconium: Sacerdotes qui non viuunt in castitate & continentia carnis, sunt maledicti & excõmunicati apud deum, & digni carere sacerdotali officio, concubinarij quoq; celebrantes æquiparant Sodomitis. Et si eoꝝ missa est efficax (quia presbyter, quantũuis pollutus, diuina officia polluere nequit) tamen osculũ pacis, quod presbyter fornicarius præbet, est sicut osculũ Iudæ Christũ tradentis. Atqui manus pollutæ immerito dei sacra tangũt, neq; filius Veneris digne tractat filiũ virginis.

IX § Ambitio præterea & simonia contra canonum decreta in clero iam vbiq; regnat, vt hodie verificetur illud prophetæ. A minore vsque ad maiorem omnes. s. clerici auaritiæ student, & à propheta vsq; ad sacerdotem cũcti faciunt dolũ. Qui dicunt, aquam nostram, id est gratiã siue donum spiritus sancti

H 2 pecunia

Rodo. & g̃ c. 12
J. ca. 25. §. 11.
Michę. 2
g̃. ca. 21. §. 4
g̃. eo. §. 3
g̃. c. 20. §. 6
& J c. 53. § 16
J. ca. 43. §. 12
g̃. c. 21. §. 11.
& J. eo. §. 12
J. ca. 38. in fi.
g̃. c. 22. §. 9.
g̃. c. 22. §. 5.
& g̃ c. 18 § 7
& J c. 25. §. 13
g̃. ca. 21. §. 6
& J c. 28. §. 11
Dis. 32. p̃ter
De coh. cle. z. mu. c. vr̃a
& c. fi.
g̃. ca. 21. §. 8
g̃. ca. 10. §. 4
& J. eo. §. 13.
g̃. c. 22. §. 6
g̃. eo. §. 3. &
J. eo. §. 13. ĩ fi
g̃. eo. §. 3. &
J. eo. §. 11. 16

De statibus ecclesiasticis
Th. 22. q. 10 ar. 2. 3. 4.
De sepl̃turis extra. 1. §. 1.
Di. 55 priscis
21. q. 1. c. 1. ĩ fi
Rodori. vbi g̃. c. 20
Ioh. 10
Erasmus in Sileno
Rodo. ibi g̃ c. 19. quasi in med.
Vbertinus
Apo. 9
Prouerb. 27 post prin.
Rod. vbi g̃ c. 19. p⁹ prin.
De re. iudi. c. 1. li. 6
J. eo. §. 9
2. q. 7. sicuti.
Ca. Se. c. 121.
Baruch. 6
7. Bir. 10
7. Bir. 17
De coh. cle. z. mu. c. vr̃a
1. q. 1. p tot.
De sim. p to
Hiere. 6.
Thren. 5

pecunia bibimus, hoc est simoniacę ministramus sacramenta dei: ideo subiungi- ẽ.c.19.§.8.
tur: Linguã nostrã pretio comparauimus. Quam acriter sub seueris pœnis deus &ʃ.eo.§.11.
strictissimus iudex statuit, ne sui ministri vendant spiritus sancti gratiam, sed eos ʃ.eo.§.15.
absq; simoniaco commisso sustentari iubet ab eis quibus spiritualia porrigũt, re-
Cath.Señ.c peries in scriptis Catha. Seneñ. At vero quisnam clericus præsertim beneficiatus
114.&c.127. vel in exili beneficio vel in potẽti dignitate cõstitutus, cõtra ius diuinum & hu-
De sim.c.cũ manũ, non est percussus lepra simoniæ? Ob quam pleriq; ipso facto incurrũt ex- ẽ.c.11.§.5
detestabile i communicationem vel suspensionem aliasve censuras, quorum absolutiones, iu
extrau.1.q.1 xta canonũ decreta, summis põtificibus reseruãtur, à quibus tamen illi simoniaci
grã cũ se. absolui minime curant: Imò omni absolutione neglecta, se diuinis immiscent & ẽ.eo.§.8
1.q.1. si quis per consequens irregularitatem incurrũt. Præterea beneficia & dignitates, qbus
epus. propter simoniacam labem ipso facto sunt perpetim indigni atq; priuati, contra
Th.22.q.10 deum iusq; scriptum occupant: Inde offensio dei, lesio animarum, ecclesiæ enor-
ar.6 me scandalum consurgit. Super quo obstupescũt cœli, & portę eius desolantᷓ ve-
Hiere.2. hemẽter. Patet nãq; simoniacos, veluti primos & præcipuos hæreticos, ab omi-
1.q.vl.c.vlt. bus fidelibus esse respuendos, quoniam cætera crimina ad comparationẽ simo-
de sim.sicut. niacæ hæresis, quasi pro nihilo reputãtur: simoniaca enim pestis sui magnitudi-
4.Reg.5 ne alios morbos vincit: Et tamen ad maioris damnationis cumulũ illã simoniacã
Acto.8 prauitatẽ ex inueteratæ cõsuetudinis iure, quidã malitiose defendere nitũtur, qui
Malac.1 cum Giezi & Simone cõdemnabũtur.

X § Aduersus eosdem simoniacos deus in propheta inquit: O sacerdotes
qui despicitis nomen meum, offertis super altare meum panem pollutum: quis
in vobis qui claudat ostia & incendat altare meum gratuito? non est mihi volun-
Greg.1mo. tas in vobis & munus non suscipiam de manu vestra: vnde secundum Gregoriũ ʃ.c.31.§.2
Matt.10 per nullum hominum genus deus amplius offenditur, quàm per malos sacerdo-
tes, quales sunt simoniaci. Quos Christus futuros esse præsciens præcepit dicẽs:
Gratis accepistis, gratis date: ne scilicet spiritualia in vsum negotiationis infle-
cteremus. Sed nostrates clerici, ad auaritiæ obsequiũ declinantes, nihil gratis fa- ẽ.ca.19.§.13
cere contendunt, sed operum suorum retributionem temporalẽ quærunt. Et li- &ʃ.c.46.§.
cet huiusmodi eorum facinora sint in præsenti seculo occulta ac etiam impunita, 12.
Hildegardis in ira tamen dei aliquando vindicabũtur vti prædixit Hildegardis, deplangens ẽ.c.14.§.13.
sacramenti ptractationem à simoniacis fieri ac futuram ob id crimen plagã, di-
cens, quòd deus pater vltra non patietur eandem irreuerẽtiam suo vnigenito ex- ẽ.eo.§.3
hiberi in sacramẽto mystico.

XI § Birgitta deniq; multa de puerso clero reuelauit, è quibus aliqua sub-
1.Birgit.41. infero: Clerus deberet esse pastor & scrutator ouium qui iam eorum dispersor
& lacerator est: Imo occisor per mala exempla, vendit sacramenta pro turpi lu- ẽ.eo.§.9
cro sicut Iudas Christum. Cleri malitia & transgressio omni gladio est amarior. ẽ.c.15.§.33.
Et infra: Maledicti sacerdotes dicunt deo: Discede à nobis quia verba tua sunt a- &ʃ.c.27.§9
1.Birgit.49. mara, & opera tua grauia, & scandalũ nobis faciũt. Et Christus ait: Ego sto ante
eos quasi ouis mitissima: de qua sumunt lanã ad vestiendũ & lac ad reficiendũ, &
adhuc pro tanta dilectione abominantur me. Et infra: Clericus qui ore & opere
2.Bir.20 debet clamare voluntatẽ dei, factus est leprosus, & mutus: quia omnis, qui quæ- ẽ.eod.§.4.
ẽ.eo.§.3. rit in clerico videre pulchritudinẽ morũ & virtutũ, recurrit retro, turbatur visu &ʃ.eo.§.12
& abhorret accedere ad eum propter leprã superbiæ & cupiditatis suæ. Si vero &§.15
quærit eũ audire, mutus factus est clericus à laude dei & garrulus ad laudem pro-
priam. Rursus beata Maria in pluribus locis cõqueritᷓ de sacerdotibus, q supbiunt
3.Birgit.29. de bonis, & possessionibus tẽporalibus animarũ: tẽpla eorũ depicta sunt vanitate
Ca.Se.c.128 & curiositate mũdi. Quam perniciosa sit clericis superbia, habetur in dialogo Ca ʃ.c.36.§.10
ẽ.eo.§.9. tha. Seneñ. Simonia præterea regnat in capite, archa testamenti sublata. i. capta ʃ.ca.28.§.4.
1.Reg.4. est, lucernæ virtutũ extinctæ, mensa deuotionis desolata. in fi, & ẽ.c.

Prouer.13 XII § Porrò scriptura sacra ait: Lucerna impiorũ extinguetur. Sic fatua- 21.§.9
Matt.25 rum virginum lampades sunt extinctæ. Lucerna quidẽ deberet respicere ad mẽ- ẽ.c.7.in pr.
Nume.8 sam panum propositionis. Sed mensa domini despecta & cõtaminata est, & q̃d ẽ.c.18.i pr.
Malac.1 superponitur, contemptibile est vna cum igne qui illud deuorat. Sequitur in Bir ẽ.c.22.§.5.
gitta: &ʃ.c24§.4

gitta: Pro sacramento confessionis confessor recipit munus. Interdum in casibus 4.Bir.33.
cum pœnitentiario de summa pecuniæ pro modo culpæ fit pactio, quare timen- Ro.c.20.p[o] med.
dum est, fidẽ perituram. Et infra: In clero superbia diligitur, pro humilitate, im-
puritas exercetur pro mũditia, dei lectio non attenditur, sed liber mundi, negli- 4.Bir.59
g̃.eo.§.6 gentia apparet in altaribus, sapientia dei reputatur fatuitas, salus animarũ non cu-
g̃.c.22.§.10 ratur, vestes dei proijciunt & contemnunt arma dei. Et infra: Clerici à via sua re- 4.Bir.76
cesserunt, non diligũt continentiam, paupertatẽ, nec deuotionem. Quid autem
sunt clerici, nisi pauperes & eleemosynarij dei, vt viuentes de oblatione dei, sint
g̃.eo.§.11.& humiles. Nam ecclesia primũ surrexit à tribulatione & paupertate, vt sicut clerus
ſ.c.38.§.9 hæreditas omnipotentis dei dicitur, ita deus esset hæreditas clericorũ, qui non in
g̃.c.20.§.1. mundo, nec in carne, sed in deo gloriarent. Post Syluestrũ, ecclesiæ sunt bona tẽ- 10.q.1.q̃cũq;
ſ.c.39.§.5 poralia data, non ad voluptatẽ, sed ad necessitatẽ clericorũ, & ad pauperũ sustẽta- & 12.q.2.vs-
g̃.ca.12.§.5 tionem, quo clerici ad prædicandũ essent expeditiores. q; ad fi.&.16

4.Bir.132 XIII § Iterum ad Birgittam Christus ait: Sacerdotes non loquuntur mi- q.1.cõstitu-
